# Badische Landesbibliothek Karlsruhe

## Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe


# Biblia, lat

**Menardus <Eisnacensis>**

**[Basel], 8. Sept. 1477**

Levi Ticvs

urn:nbn:de:bsz:31-295433

Visual Library

Vocauit autē moyſen
et locutꝰ eſt ei dn̄s d
tabnaclo teſtimonij·
dicēs · Loquere filijs
iſrl̄ : et dices ad eos
Homo qui obtulerit
ex vobis hoſtiā dn̄o·
de pecoribus id eſt de
bobus ⁊ ouibꝫ offerens victimas: ſi olocau
ſtū fuerit eiꝰ oblatio ac de armēto: maſcu
lū imaclatū offeret ad oſtiū tabnacli teſtio
nij·ad placandū ſibi dn̄m· Ponetq; ſup ca
put hoſtie manꝰ·et acceptabil' erit: atq; in
expiatiōem eiꝰ pficiēs Immolabitq; vitu
lū corā dn̄o: et offerent filij aaron ſacerdo
tis ſanguinē eiꝰ fūdentes per altaris circū
itū: quod eſt an̄ oſtiū tabernaculi · Detracta
q; pelle hoſtie·artꝰ in fruſta ɔcident: et ſub
icient in altari ignem·ſtrue lignorum ante
ɔpoſita·⁊ mēbra que ſūt ceſa deſup ordinā
tes·caput videlicz ⁊ cūcta que adherent ie
cori·iteſtinis ⁊ pedibꝫ lotis aqua : adolebit
q; ea ſacerdos ſup altare in olocauſtū ⁊ ſua
uez odorē dn̄o· Qz ſi de pecoribꝫ oblatio eſt·
de ouibꝫ ſiue d capris olocauſtū: agnū ān̄i
clm imaclatū et abſq; macla offeret: imola
bitq; ad latꝰ altaris quod reſpicit ad aqui
lonem·coram dn̄o· Sanguiem vero illiꝰ fū
dent ſup altare filij aaron·p circuitū: diui
dentq; mēbra·caput et om̄ia que adherent
iecori: et imponēt ſup ligna·quibꝫ ſubiciē
dus eſt ignis Inteſtia vero et pedes laua
bunt aqua; et oblata oīa adolebit ſacerdos
ſup altare in olocauſtū et odorem ſuauiſſi
mū dn̄o Si aūt de auibꝫ olocauſti oblatio
fuerit dn̄o·de turturibꝫ et pullis colūbe; of
feret eā ſacerdos ad altāe·⁊ retorto ad col
lum capite·ac rupto vulneris loco· decur
rere faciet ſangiem ſup crepidinez altāis:
veſiculā vero gutturis ⁊ plumas·piciet p
pe altare ad orientalē plagā·in loco in quo
cineres effundi ſolēt· Confringetq; aſcellas
eius·et nō ſecabit: neq; ferro diuidet eam:
et adolebit ſup altare lignis igne ſuppoſito
Olocauſtū eſt: et oblatio ſuauiſſimi odōis
domino· CA· II·
Anima cū obtulerit oblatiōem ſacri
a ficij dn̄o: ſimila erit eiꝰ oblatio· Fū
detq; ſup eam oleū et ponet thus:
ac deferet ad filios aaron ſacerdotis Quo
rū vnꝰ tollet pugillū plenū ſimile et olei ac
totū thus: et ponet memoriale ſup altare·i
odorem ſuauiſſimū dn̄o· Quod aūt reliquū
fuerit de ſacrificio erit aaron et filioꝝ eiꝰ:
ſanctū ſanctoꝝ de oblationibꝫ dn̄i Cū autē
obtuleris ſacrificiū coctū in clibano d ſimi
la·panes ſcz abſq; fermēto cōſperſos oleo·
et lagana azima oleo lita: ſi oblatio tua fu
erit de ſartagine·ſimile ɔſperſe oleo et abſ
q; fermēto: diuides eam minutati et fūdes
ſup eam oleū Sin aūt·de craticula fuerit ſa
crificiū: eque ſimila oleo ɔſpergetꝰ: quā of
ferens dn̄o·trades manibꝫ ſacerdotis· Qui
cū obtulerit eam·tollet memoriale de ſacri
ficio: et adolebit ſup altare in odorem ſua
uitatis dn̄o· Quidqd autē reliquū eſt·erit
aaron et filioꝝ eius: ſanctū ſanctoꝝ de ob
lationibꝫ dn̄i· Omis oblatio que offertꝰ do
mio abſq; fermēto fiet: nec quicq̄ fermēti
ac mellis adolebitur in ſacrificio dn̄i· Pri
mitias tantū eorū offeretis ac munera: ſu
per altare vero nō imponentꝰ in odorē ſuaui
tatis Quidquid obtuleris ſacrificij·ſale cō
dies: nec auferes ſal federis dei tui de ſacrifi
cio tuo In om̄i oblatiōe offeres ſal Si aūt
obtuleris munꝰ p̄miciaꝝ frugū tuaruz do
mio·deſpicis adhuc virētibꝫ: torrebis eas
igni·et ɔfringes in morem farris·et ſic of
fēs tuas p̄mitias dn̄o: fūdens ſup ea oleū ⁊
thus imponēs quia oblatio dn̄i eſt De qua
adolebit ſacerdos in memoriā muneris·ptē
farris fracti·et olei: ac totū thꝰ· CA· III·
Quod ſi hoſtia pacificorū fuēit eius
a oblatio·et de bobus voluerit offer
re: marē ſiue femiam imaculatam
offeret corā dn̄o Ponetq; manū ſup caput
victime ſue: que immolabitꝰ in introitu tab
culi teſtimonij Fūdentq; filij·aaron ſacerdo
tis·ſanguinē p altaris circūitus: ⁊ offerēt
de hoſtia pacificoꝝ in oblatiōez dn̄o adipez
qui opit vitalia·et quidq̄d piguedinis ē in
triſecus·duos renes cū adipe quo tegūtur
ilia·et reticulū iecoris cū renūculis: adole
būtq; ea ſup altare in olocauſtū lignis ig
ne ſuppoſito in oblationē ſuauiſſimi odoris
dn̄o· Si vero de ouibꝫ fuerit eius oblatio ⁊
pacificorū hoſtia: ſiue maſculū obtulerit ſi
ue feminā: immaclata erūt om̄ia Si agnū
obtulerit corā dn̄o·ponet manū ſuaz ſup ca
put victie ſue: que imolabitꝰ in veſtibulo tab

naculi teſtimonij. Fūdentqꝫ filij aaron ſan-
guiem eiꝰ ꝑ circuitū altaris: ⁊ offerēt ď pa
cificoꝝ hoſtia ſacrificiū dn̄o. adipez ⁊ cau
dam totā cū renibꝫ et pinguedīe q̄ operit
ventrē atqꝫ vniūſa vitalia. ⁊ vtrūqꝫ renūcu
lū cū adipe qui ē iuxta ilia. reticulūqꝫ ieco-
ris cū renūculis: et adolebit ea ſacerdos ſuꝑ
altare in pabulū ignis ⁊ oblatiōis dn̄i. Si
capra fuerit eiꝰ oblatio. ⁊ obtulēit eā dn̄o:
ponet manū ſuā ſuꝑ caput eiꝰ: immolabit
qꝫ eam in introitu tabnaculi teſtimonij Et
fūdent filij aaron ſāguinē eiꝰ ꝑ altaris cir-
cuitū: tollētqꝫ ex ea in paſtū ignis dn̄ici.
adipem qui opit ventrē. et qui tegit vniū-
ſa vitalia. Duos renūculos cū reticulo qđ
eſt ſuꝑ eos iuxta ilia. et arumā iecoris cum
renūculis: adolebitqꝫ ea ſuꝑ altare ſacđos.
in alimoniā ignis et ſuauiſſimi odoris. Om
nis adeps dn̄i erit iure perpetuo. in genera
tiōibꝫ et cūctis hītaculis veſtris: nec ſāgui
nez nec adipez omīo comedetis. CA. IIII.

Locutuſqꝫ eſt dn̄s ad moyſen dicens
1 Loquere filijs iſrl' Anima q̄ pecca
uerit ꝑ ignorantiā. et de vniūſ mā
datis dn̄i que p̄cepit vt nō fierēt quippiaz
fecerit: ſi ſacerdos qui vnctus eſt peccauēit
delinq̄re faciēs ꝑplm: offeret ꝓ peccato ſuo
vitulū imaculatū dn̄o. Et adducet illū ad
oſtiū tabernaculi teſtimonij. corā dn̄o: po-
netqꝫ manū ſuꝑ caput eiꝰ: et immolabit eū
dn̄o. Hauriet qꝫ de ſanguīe vituli: inferens
illū in tabnaculū teſtīonij. Cūqꝫ intinxerit
digitū in ſanguiem aſpget eū ſepties corā
dn̄o: contr̄ velū ſanctuarij. Ponetqꝫ de eodē
ſanguīe ſuꝑ cornua altaris thimiamatis ḡ
tiſſimi dn̄o: quod ē in tabnaculo teſtimonij
Omnem aūt reliquū ſanguiez fūdet in baſiz
altaris olocauſti. in introitu tabernacli Et
adipem vituli offeret ꝓ peccato: tā eū qui
vitalia operit. q̄ꝫ om̄ia que itrinſecus ſūt:
duos renūculos ⁊ reticulū quod ē ſuꝑ eos
iux̄ ilia. ⁊ adipē iecōis cū renūcul'. ſic offert
de vitulo hoſtie pacificorū: ⁊ adolebit ea ſu
ꝑ altare olocauſti Pellē vero ⁊ oēs carnes
cū capite de pedibꝫ et inteſtinis et fimo et
reliquo corpore offeret extra caſtra in locū
mūdū. vt cineres effūdi ſolēt: incēdetqꝫ ea
ſuꝑ lignoꝝ ſtruē: que in loco effuſorū cine
rum cremabūtur. Qđ ſi oīs turba filiorum
iſrl' ignorauerit. ⁊ per imperitiā fecerit qđ

otra mādatū dn̄i eſt. et poſtea intellexerit
peccatū ſuū: offeret ꝓ peccato ſuo vitulū.
Adducetqꝫ eū ad oſtiū tabernacli: ⁊ ponēt
ſeniores ꝑpli manus ſuꝑ caput eius corā do
mino Immolatoqꝫ vitulo in ɔſpectu domi
ni. inferet ſacđos qui vnctꝰ eſt de ſanguine
eiꝰ in tabnaculū teſtimonij: tīcto digito aſ
pergēs ſepties contr̄ velū. Ponetqꝫ de eodē
ſanguine in cornibꝫ altaris: quod eſt coraz
dn̄o in tabernaculo teſtimonij. Reliquū aūt
ſanguinē fūdet iuxta baſim altaris olocau
ſtorū: quod eſt in oſtio tabernacli teſtimo-
nij. Omnemqꝫ eius adipem tollet. ⁊ adolebit
ſuꝑ altare. ſic faciens et ď h̄ vitulo qūo fec̄
et p̄us: et rogante: ꝓ eis ſacerdote ꝓpicius
erit eis dn̄s. Ipm aūt vitulū offeret extra
caſtra atqꝫ cōburet ſic̄ et p̄orem vitulum:
quia ē ꝓ peccato mltitudis. Si peccauerit
princeps et fecerit vnū e pluribꝫ ꝑ ignorā-
tiam quod dn̄i lege ꝓhibet̄. et poſtea intel
lexerit peccatū ſuū. offeret hoſtiam coram
dn̄o. hircū de capris imaculatū: ponetqꝫ ma
nū ſuā ſuꝑ caput eius Cumqꝫ immolauerit
eū in loco vbi ſolet mactari olocauſtū corā
dn̄o. quia ꝓ peccato eſt: tinget ſacerdos di
gitum in ſanguīe hoſtie ꝓ peccato. tangēs
cornua altāis olocauſti. ⁊ reliquū fūdēs ad
baſim eius: adipem vero adolebit ſuꝑ̄ ſic in
victimis pacificorū fieri ſolet. Rogabitqꝫ
ꝓ eo ſacerdos et ꝓ peccato eiꝰ: ⁊ dimittet̄ ei
Qđ ſi peccauerit aīa ꝑ ignorantiā de popu
lo t̄re vt faciat quicq̄ꝫ ď his que dn̄i lege ꝓ
hibentur. atqꝫ delinquat. et cognouerit pec
catū ſuū. offeret capram imaculatā: ponet
qꝫ manꝰ ſuꝑ caput hoſtie que ꝓ peccato ē:
et immolabit eā in loco olocauſti. Tollet
qꝫ ſacerdos de ſanguīe in digito ſuo: et tan
gens cornua altaris olocauſti. reliquū fun
det ad baſim eius Omē aūt adipez auferēs
ſicut auferri ſolet de victimis pacificorum
adolebit ſuꝑ altāe in odorē ſuauitatis dn̄o:
rogabitqꝫ ꝓ eo: ⁊ dimittet̄ ei Sin aūt ď pe-
coribus obtulerit victimā ꝓ peccato ouem
ſcilicet immaculatā: ponet manū ſuper ca-
put eiꝰ: et immolabit eā in loco vbi ſolent
cedi olocauſtorū hoſtie. Sumetqꝫ ſacerdos
de ſanguine eiꝰ digito ſuo: ⁊ tangēs cornua
altaris olocauſti. reliquū fūdet ad baſiz eiꝰ
Omnem qꝫ adipem auferens. ſicut auferri ſo
let adeps arietis q̄ immolatur ꝓ pacificis

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

cremabit ſuꝑ altare incenſū dn̄i: rogabit
qꝫ ꝓ eo et pro peccato eius: ⁊ dimittet̄ ei.

## CA. V.

Si peccauerit aīa et audierit vocē
iurantis teſtiſqꝫ fuerit q̄ ipſe vidit
aut oſciꝰ eſt: niſi indicauerit portabit iniq̄ta
tem ſuā. Aīa q̄ tetigerit aliq̄d imūdū. ſiue
quod occiſū a beſtia ē. aut ꝑ ſe mortuū. aut
q̄dlibet aliud reptile et oblita fuerit imūdi
cie ſue. rea ē et deliquit: et ſi tetigerit quic
q̄ꝫ de imūdicia hoīs iuxta oēm impuritatē
qua polluí ſolet oblitaqꝫ ꝯgnouerit poſtea:
ſubiacebit delicto. Aīa que iurauerit ⁊ ꝓtu
lerit labijs ſuis vt vel male q̄d faceret vel be
ne et nō fecerit ⁊ idipſū iuramēto et ſmōe
firmauerit. oblitaqꝫ poſtea intellexerit deli
ctū ſuū: agat penitētiam ꝓ peccato et offe-
rat de gregibꝰ agnā ſiue caprā: orabitqꝫ ꝓ
eo ſacerdos et ꝓ peccatis eiꝰ. Sin aūt nō potu
erit offerre pecꝰ. offerat duos turtures vel
duos pullos colūbaꝝ dn̄o: vnū ꝓ peccato
et alteꝝ in olocauſtū: dabitqꝫ eos ſacerdo
ti. Qui p̄mū offerens ꝓ peccato retorq̄bit
caput eiꝰ ad pēnulas. ita vt collo adhere-
at ⁊ nō penitꝰ obrūpat̄: et aſꝑget de ſāgui
ne eiꝰ parietē altaris. Quidq̄d aūt reliquū
fuerit faciet deſtillari ad fūdamētū eiꝰ: q̄a
ꝓ peccato eſt. Alteꝝ vero in olocauſtū ado
lebit vt fieri ſolet: rogabitqꝫ ꝓ eo ſacerdos
et ꝓ peccato eiꝰ: et dimittet̄ ei. Qd ſi nō q̄-
uerit manꝰ eiꝰ duos offerre turtures. aut
duos pullos columbarū: offeret ꝓ peccato
ſuo ſimile ꝑtem ephy. decimā. Nō mittet in
eam oleū nec thuris aliq̄d imponet. q̄a pro
peccato ē: tradetqꝫ eam ſacerdoti: qui ple-
nū ex ea pugillū hauriēs cremabit ſuꝑ alta
re in monimētū eiꝰ. qui obtulerit. rogans
ꝓ illo et expiās: reliquā vero ꝑtem ipſe ha-
bebit in munere. Locutuſqꝫ eſt dn̄s ad moy
ſen dicēs. Aīa ſi p̄uaricās cerimonias ꝑ er
rorē in his que ſūt dn̄o ſanctificata pecca-
uerit: offeret ꝓ delicto ſuo arietē imacula-
tū de gregibꝰ. qui emi poteſt duobus ſiclis
iuxta pondꝰ ſanctuarij: ipſūqꝫ qd̄ intulit dā
ni reſtituet et q̄ntā ꝑtē ponet ſuꝑ tradēs
ſacerdoti: qui rogabit ꝓ eo offerēs arietē:
et dimittet̄ ei. Aīa que peccauerit ꝑ igno-
rantiā feceritqꝫ vnū ex his que dn̄i lege ꝓ-
hibent̄. et peccati rea. intellexerit iniq̄tatē
ſuā. offeret arietem imaculatū de gregibꝰ
ſacerdoti iuxta mēſurā eſtimatiōemqꝫ pec-
cati: qui orabit ꝓ eo q̄a neſciens fecerit: ⁊
dimittet̄ ei quia ꝑ errorē deliquit in dn̄o.

## CA. VI.

Locutuſqꝫ ē dn̄s ad moyſen dicēs.
Aīa que peccauerat: et cōtempto
dn̄o negauerit ꝓximo ſuo depoſitū qd̄ fidei
eius creditū fuerat. vel vi aliq̄d extorſerit.
aut calūniā fecerit ſiue rem ꝑditā inuenerit
et inficiās inſuꝑ peierauerit. ⁊ quodlibꝫ ali
ud ex pluribꝰ fecerit in q̄bus ſolēt peccare
hoīes: ꝯuicta delicti reddet oīa que ꝑ frau
dem voluit obtinere integra: et q̄ntā inſu
ꝑ ꝑtē dn̄o cui damnū intulerat. Pro pec
cato aūt ſuo offeret arietē imaculatum de
grege: ⁊ dabit eū ſacerdoti iuxta eſtimati-
onē mēſuramqꝫ delicti: qui rogabit ꝓ eo co
ram dn̄o. ⁊ dimittet̄ illi ꝓ ſingulis que faci
endo peccauit. Locutuſqꝫ eſt dn̄s ad moyſē
dicēs. Precipe aaron et filijs eiꝰ. Hec ē lex
olocauſti. Cremabit̄ in altari tota nocte vſ
qꝫ mane. Ignis ex eodem altari erit. Veſtie
tur tunica ſacerdos. ⁊ feminalibꝰ lineis tol
letqꝫ cineres quos vorans ignis exuſſit: et
ponens iuxta altare. ſpoliabit̄ p̄oribus veſti
mētis indutuſqꝫ alijs offeret eos extra ca-
ſtra et in loco mūdiſſimo vſqꝫ ad fauillā cō
ſumi faciet. Ignis aūt in altari ſemꝑ arde-
bit: quem nutriet ſacerdos. ſubiciēs ligna
mane. ꝑ ſingulos dies: et impoſito olocau-
ſto deſuꝑ. adipes adolebit pacificorū. Ignis
eſt iſte perpetuꝰ: qui nunq̄ꝫ deficiet in altari.
Hec ē lex ſacrificij et libamētoꝝ que offe-
rent filij aaron corā dn̄o et corā altari. Tol
let ſacerdos pugillū ſimile que ꝯſpſa ē oleo
et totū thus. quod ſuꝑ ſimilā eſt: adolebit
qꝫ illud in altari in monimētū odoris ſua-
uiſſimi dn̄o. Reliquā aūt ꝑtem ſimile come
det aaron cū filijs ſuis abſqꝫ fermēto et co-
medet in loco ſanctuarij tabernaculi. Ideo
aūt nō fermētabit̄: quia pars eiꝰ in dn̄i of-
fert̄ incenſū. Sanctū ſanctoꝝ erit: ſic ꝓ pec
cato atqꝫ delicto. Mares tm̄ ſtirpis aaron.
comedent illud. Legitimū ac ſempiternum
erit in generationibꝰ vr̄is de ſacrificijs dn̄i.
Ois qui tetigerit illa ſanctificabit̄. Locu-
tuſqꝫ eſt dn̄s ad moyſen dicēs. Hec ē obla
tio aaron ⁊ filioꝝ eiꝰ quā offerre debēt do
mino in die vnctiōis ſue. Decimā ꝑtē ephy
offerēt ſimile in ſacrificio ſempit̄no. Mediū

eius mane et mediū ei9 veſpe: q̄ in ſartagi
ne oleo ꝯſperſa frigeť. Offeret aūt eam ca
lidā in odorem ſuauiſſimū dño ſacerdos quī
iure patri ſucceſſerit: et tota cremabiť i al
tari. Omne enī ſacrificiū ſacerdotū igne ꝯſumeť:
nec quiſq̄ꝫ comedet ex eo. Locutus ē aūt do-
minus ad moyſen dicēs. Loquere aaron ⁊ fi
lijs ei9. Iſta ē lex hoſtie ꝓ pctō. In loco vbi
offerť olocauſtū. imolabiť corā dño. San-
ctū ſanctoꝝ ē. Sacerdos q̄ offert comedet
eam in loco ſancto. in atrio tabnacli. Quid
quid tetigerit carnes ei9. ſanctificabiť. Si
de ſanguine illi9 veſtis fuerit aſpſa lauabiť i
loco ſancto. Vas aūt fictile in quo cocta ē
ꝯfringeť: q̄ſi vas eneū fuerit defricabiť: ⁊
lauabiť aqua. Omis maſcul9 de gñe ſacdota
li veſceť de carnib9 ei9: quia ſanctū ſāctoꝝ
eſt. Hoſtia ei q̄ cediť ꝓ peccato. cui9 ſāguis
inferť in tabnaculū teſtimonij ad expiādū
in ſanctuario nō comedeť: ſed ꝯbureť igni.

CA. VII.

b Ec eſt q̄ꝫ lex hoſtie ꝓ delicto. Sācta
ſanctoꝝ eſt. Idcirco vbi imolabiť
olocauſtū: mactabiť et victima ꝓ dlicto. Sā
guis enī p gyrū altaris fundeť. Offerēt ex
ea caudā ⁊ adipē qui opit vitalia: duos re
nūculos et pīguedinē que iuxta ilia ē. reti-
culūq̄ꝫ iecoīs cū renūculis et adolebit ea ſa
cerdos ſup altare. Incenſū ē dñi ꝓ delicto.
Omis maſculus de ſacdotali genere in loco ſā
cto veſceť his carnib9: quia ſanctū ſanctoꝝ
eſt. Sicť ꝓ peccato offerť hoſtia: ita ⁊ ꝓ de-
licto. Vtriuſq̄ꝫ hoſtie lex vna erit. Ad ſacdo
tem qui eā obtulerit ptinebit. Sacerdos q̄
offert olocauſti victimā: hēbit pellē eius.
Et oīne ſacrificiū ſimile quod coquiť in cli
bano. et quidq̄d in craticla vel in ſartagie
pparatur ei9 erit ſacerdotis. a quo offerť: ſi
ue oleo ꝯſperſa ſiue arida fuerint. Cūctis fi
lijs aaron mēſura equa p ſingulos diuideť.
Hec ē lex hoſtie pacificorū: que offerť dño.
Si ꝓ grāꝝ actōe oblatio fuerit: offerēt pa
nes abſq̄ꝫ fermēto. ꝯſperſos oleo et lagana
azima vncta oleo coctāq̄ꝫ ſimilā et colliri-
das. olei admixtiōe ꝯſperſas: panes q̄ꝫ fer
mētatos cū hoſtia gratiaꝝ que imolať ꝓ
pacificis: ex quib9 vn9 ꝓ p̄micijs. offertur
dño: et erit ſacerdotis qui fūdet hoſtie ſan
guinē. Cui9 carnes eadē comedenť die: nec
remanebit ex eis quicq̄ꝫ vſq̄ꝫ mane. Si voto
vel ſponte quiſpiā obtulerit hoſtiā: eadem ſi
milť edeť die. Sed ⁊ ſi quid i craſtinū remā
ſerit: veſci licitū eſt. Quidq̄d aūt terci9 iue
nerit dies ignis abſumet. Si quis de carni
bus victie pacificoꝝ die tercio comederit:
irrita fiet ei9 oblatio nec ꝓderit offerenti:
quin poti9 q̄cūq̄ꝫ aīa tali ſe edulio ꝯtaminaue
rit p̄uaricationis rea erit. Caro que aliq̄d
tetigerit imūdum nō comedeť: ſed ꝯbureť
igni. Qui fuerit imūd9 veſceť ex ea. Anima
polluta que ederit de carnib9 hoſtie pacifico
rū que oblata eſt dño peribit de ꝑplis ſuis:
et q̄ tetigerit imūdiciā hoīs vel iumēti ſiue
oīs rei que polluere poteſt. et comederit de
huiuſcemodi carnib9: interibit de ꝑplis ſuis.
Locutuſq̄ꝫ ē dñs ad moyſē dicēs. Loquere
filijs iſrľ. Adipē ouis et bouis et capre non
comedetis. Adipē cadaueris morticini ⁊ ei
us aīalis quod a beſtia captū ē. habebitis
in varios vſus. Si quis adipē q̄ offerri de-
bet i incēſū dñi comederit: pibit de ꝑplo ſuo.
Sanguinē q̄ꝫ oīs aīalis nō ſumetis in cibo:
tā de auib9 q̄ꝫ de pecorib9. Omis aīa que ede-
rit ſanguinem pibit de ꝑplis ſuis. Locutuſq̄ꝫ
eſt dñs ad moyſen dicēs. Loquere filijs iſrľ
dicēs. Qui offert victimam pacificoꝝ dño:
offerat ſimľ et ſacrificiū id ē libamēta ei9.
Tenebit manib9 adipē hoſtie: ⁊ pectuſculū.
Cūq̄ꝫ ambo oblata dño ꝯſecrauerit tradet
ſacerdoti: q̄ adolebit adipē ſup altare: pectu
ſculū aūt erit aaron ⁊ filioꝝ ei9. Armus q̄ꝫ
dexter de pacificoꝝ hoſtijs cedet in p̄micias
ſacerdotis. Qui obtulerit ſanguinē et adi-
pem filiorū aaron: ipe hēbit ⁊ armū dextrū
in portione ſua. Pectuſculū enī eleuationis
et armū ſepatiōis tuli a filijs iſrľ de hoſtijs
eoꝝ pacificis: ⁊ dedi aarō ſacdoti ⁊ filijs ei
us lege perpetua ab omi ꝑplo iſrľ. Hec ē vn
ctio aaron et filioꝝ eius in cerimonijs dñi.
die quo obtulit eos moyſes vt ſacdotio fū-
gerenť: et q̄ p̄cepit eis dari dñs a filijs iſrľ
religione perpetua. in generationib9 ſuis.
Iſta eſt lex olocauſti ⁊ ſacrificij ꝓ peccato
atq̄ꝫ delicto: ⁊ ꝓ ꝯſecratōe et pacificorū vi
ctimis quā ꝯſtituit dñs moyſi i mōte ſinai.
quādo mādauit filijs iſrľ vt offerent obla-
tiōes ſuas dño in deſerto ſynai.

CA. VIII.

a Ocutuſq̄ꝫ eſt dñs ad moyſē dicēs.
Tolle aarō cū filijs ſuis. veſtes eo-

et vnctōis oleū: vitulū ꝓ peccato· duos ari
etes caniſtrū cū azimis: et ꝯgregab̄ om̄em
cetū ad oſtiū tab̄naculi Fecit moyſes vt do
min9 imparat: ꝯgregataq; om̄i t̄ba an̄ fo-
res tab̄nacli ait· Iſte ē ſmo quē dn̄s iuſſit
fieri Statiq; obtulit aaron ⁊ filios ei9 Cū
q; lauiſſet eos· veſtiuit pōtificē ſubucula li
nea: accīgēs eū balthco· ⁊ induēs eū tuni
ca iacinctina: ⁊ deſup hūerale impoſuit: qd̄
aſtringēs cingl̄o aptauit rōnali in q̄ erat
doctria ⁊ veritas Cidari q̄ꝫ texit caput: et
ſup eā ꝯtra frontē poſuit lamiaȝ aureā ꝯſe-
cratā i ſanctificatiōe: ſic̄ p̄cepat ei dn̄s Tu
lit ⁊ vnctiōis oleū: q̄ liniuit tab̄naclm̄ cum
om̄i ſupellectili ſua· Cūq; ſanctificās aſp̄ſiſ
ſet altare ſeptē vicib9 vnxit illud ⁊ oīa va-
ſa ei9: labrūq; cū baſi ſua ſanctificauit oleo
Qd̄ fūdens ſup caput aaron: vnxit eū ⁊ ꝯſe
crauit Filios q̄ꝫ ei9 oblatos ꝯſecrauit: veſti
uitq; tunicis līneis et cīnxit balth͡eis: īpoſu
itq; mitras vt iuſſerat dn̄s · Obtulit ⁊ vi-
tulū ꝓ peccato· Cūq; ſup caput ei9 poſuiſ-
ſet aaron ⁊ filij ei9 man9 ſuas· imolauit eū
hauriens ſanguīnē: ⁊ tincto digito tetigit
cornua altaris ꝑ gyrū· Quo expiato et ſan
ctificato: fudit reliquū ſanguinē ad fūda-
mēta ei9 · Adipē vero qui erat ſup vitalia
et reticlm̄ iecoris duoſq; renūcl̄os cum ad
iuiulis ſuis adoleuit ſup altare: vitulū cum
pelle et carnib9 et fimo cremās ext̄ caſtra ſi
cut p̄cepat dn̄s· Obtulit ⁊ arietē i olocau
ſtū· Sup cui9 caput cū impoſuiſſēt aarō ⁊
filij ei9 man9 ſuas imolauit eū: et fudit ſan
guinē ei9 ꝑ circūitū altaris Ipſūq; arie-
teȝ i fruſta ꝯcidens· caput ei9 ⁊ art9 ⁊ adi
pem adoleuit igni: lotis p̄us inteſtinis ⁊ pe-
dib9 Totūq; ſimul arietē incēdit ſup alta
re eo ꝙ eſſet olocauſtū ſuauiſſimi odoris do
mio: ſic̄ p̄ceperat ei· Obtulit et arietē ſecū
dū in ꝯſecratiōeȝ ſacerdotū: poſuerūtq; ſu-
per caput ei9 aaron ⁊ filij eius manus ſuas
Quē cū imolaſſet moyſes: ſumēs de ſangui
ne· tetigit extremū auricl̄e dextre aaron· ⁊
pollicem man9 eius dextre: ſimilit̄ et pedis·
Obtulit et filios aarō Cūq; de ſanguīe ari
etis imolati tetigiſſet extremū auricule ſin
guloꝝ dextre· et pollices man9 ac dextri pe
dis: reliquū fudit ſup altare ꝑ circūitū Adi
pem vero et caudā· oēmq; pinguedīeȝ que
operit inteſtina: reticulūq; iecoris ⁊ duos re

nes cū adipib9 ſuis et armo dextro ſepauit
Tollēs aūt de caniſtro azimoꝝ quod erat
coram dn̄o panes abſq; fermēto· et colliri
daȝ aſp̄ſā oleo laganūq;· poſuit ſup adipes
et armū dextrū: tradens ſimul oīa aaron et
filijs ei9 Qui poſtq̄ꝫ leuauerūt ea corā dn̄o:
rurſū ſuſcepta de manibus eorum adoleuit
ſuper altare olocauſti: eo ꝙ conſecratoīs
eſſet oblatio in odoreȝ ſuauitatis ſacrificij
dn̄i Tulitq; pectuſclm̄ eleuās illud corā do
mio de ariete ꝯſecratōis in ptem ſuā: ſic̄ p̄-
cepat ei dn̄s Aſſumēſq; vnguentū: ⁊ ſāgui
nē qui erat in altari aſp̄ſit ſup aaron ⁊ veſti
mēta ei9: et ſup filios illi9 ac veſtes eorum
Cūq; ſacrificaſſet eos in veſtitu ſuo: p̄cepit
eis dicēs Coq̄te carnes an̄ fores tab̄nacli:
et ibi comedite eas· Panes q̄ꝫ ꝯſecratiōis
edite qui poſiti ſūt in caniſtro: ſic̄ p̄cepit m̄
deus dicēs· Aaron et filij eius comedēt eos
Quidq̄d aūt reliquū fuerit de carne ⁊ pani
bus· ignis ꝯſumet De oſtio q̄ꝫ tabernaculi
nō exibitis ſeptē dieb9: vſq; in diē quo im
plebit̄ tpus ꝯſecratōis veſtre· Septē ei die
bus finit̄ ꝯſecratio ſic̄ in p̄ntiaꝝ fc̄m eſt: vt
ritus ſacrificij ꝯpleret̄· Die ac nocte mane
bitis in tabernacl̄o: obſuātes cuſtodias do
mini ne moriami· Sic em̄ michi p̄ceptū eſt·
Fecerūtq; aaron et filij ei9 cūcta q̄ locut9
eſt dn̄s ꝑ manū moyſi· CA· IX·

Acto aūt octauo die vocauit moy-
ſes aarō ⁊ filios ei9 ac maiōes natu
iſrl̄: dixitq; ad aaron Tolle de arm̄
to vitulū ꝓ peccato· ⁊ arietē in olocauſtū·
vtrūq; imaculatū: et offer illos corā dn̄o:
et ad filios iſrl̄ loq̄ris Tollite hircū ꝓ pctō
⁊ vitlū atq; agnū āniclm̄ imaculatū et ſine
macl̄a in olocauſtū: bouē et arietē ꝓ pacifi
cis· ⁊ imolate eos corā dn̄o: in ſacrificio ſin
guloꝝ ſimilā ꝯſp̄ſam oleo offerētes Hodie
em̄ dn̄s apparebit vob̄ · Tulerūt ḡ cūcta q̄
iuſſerat moyſes ad oſtiū tab̄nacli: vbi cum
oīs multitudo aſtaret ait moyſes Iſte ē ſ-
mo quē p̄cepit dn̄s: facite ⁊ apparebit vob̄
gl̄a eius Et dixit ad aaron Accede ad alta
re: ⁊ imola ꝓ peccato tuo· Offer olocauſtū
et dep̄care ꝓ te et ꝓ populo Cūq; mactaue
ris hoſtiam populi: ora ꝓ eis: ſic̄ p̄cepit dn̄s·
Statimq; aaron accedens ad altare imola
uit vitulū ꝓ peccato ſuo: cui9 ſanguinē ob
tulerūt ei filij ſui In quo tingēs digitū te

tigit cornua altaris: et fudit reſiduū ad ba
ſim ei9. Adipemq; et renūculos ac reticlm
iecoris que ſūt ꝓ peccato adoleuit ſup alta
re: ſic ꝑcepat dn̄s moyſi Carnes vero ⁊ pel
les ei9 ext̄ caſtra ↄbuſſit igni. Immolauit
⁊ olocauſti victimā Obtulerūtq; ei filij ſui
ſanguinē ei9: quē fudit ꝑ altaris circuitū
Ipam etiā hoſtiā in fruſta ↄciſam cū ca-
pite et mēbris ſinglis obtulerūt: q̄ oia ſup
altare cremauit igni: lotis aqua p̄us inte-
ſtinis ⁊ pedib᷒ Et ꝓ peccato ppli offerens
mactauit hircū: expiatoq; altari fecit olo-
cauſtū. addēs in ſacrificio libamēta: q̄ pari
ter offerunt̄ et adolēs ea ſup altare: abſq;
cerimonijs olocauſti matutini Immolauit
⁊ bouē atq; arietē hoſtias pacificas populi
Obtulerūtq; ei filij ſui ſanguinē quē fudit
ſup altare in circuitu: adipē āt bouis. ⁊ cau
dam arietis renūculos cū adipib᷒ ſuis ⁊ re
ticulū iecoris poſuerūt ſup pectora. Cunq;
cremati eſſent adipes ſup altāe: pectora eo
rū et armos dextros ſepauit aaron eleuās
corā dn̄o: ſic ꝑcepat moyſes. Et extendens
manū ad ppl̄m bn̄dixit ei: ſicq; cōpletis ho-
ſtijs ꝓ peccato ⁊ olocauſtis ⁊ pacificis. de-
ſcēdit Ingreſſi aūt moyſes et aaron in tab
naculū teſtimonij et deinceps egreſſi: bn̄di
xerūt pplo Apparuitq; gl̄a dn̄i omi multitu
dini: ⁊ ecce egreſſus ignis a dn̄o deuorauit
olocauſtū et adipes: qui erant ſup altare.
Quod cū vidiſſent t̄be: laudauerūt dn̄m ru
entes in facies ſuas. CA. X.

Arreptiſq; nadab et abiu filij aarō
a thuribulis ſuis impoſuerūt ignē ⁊
incēſū deſup offerētes coram dn̄o
ignē alienū: qd̄ eis ꝑceptū nō erat. Egreſ
ſuſq; ignis a dn̄o deuorauit eos: et mortui
ſunt coram dn̄o Dixitq; moyſes ad aaron
Hoc ē qd̄ locut9 ē dn̄s. Sctificabor i his q̄
appinquāt michi: et in ↄſpectu ois ppli glo
rificabor Quod audiēs tacuit aarō. Voca
tis aūt moyſes myſabele et eliſaphan. filijs
oziel patrui aaron ait ad eos. Ite ⁊ tollite
fratres vr̄os de ↄſpectu ſanctuarij: ⁊ aſpor-
tate ext̄ caſtra Cōfeſtimq; pgētes tulerūt
eos ſic iacebāt veſtitos lineis tunicis: ⁊ eie-
cerūt foras vt ſibi fuerat impatū. Locu-
tuſq; eſt moyſes ad aaron et ad eleazar et
ythamar filios ei9. Capita vr̄a nolite nu-
dare. ⁊ veſtimēta nolite ſcindere. ne fōte mo
riamini: et ſup oēm cetū oriat̄ indignatio.
Fratres vr̄i et ois dom9 iſrl̄ plangāt incen
diū qd̄ dn̄s ſuſcitauit: vos aūt nō egredimi
ni fores tabnaculi: alioqñ ꝑibitis Oleū q̄p
pe ſancte vnctiōis eſt ſup vos. Qui fecerūt
omia iux̄ ꝑceptū moyſi. Dixitq; dn̄s ad aa
ron Vinū ⁊ omē qd̄ inebriare poteſt nō bi-
betis. tu ⁊ filij tui quādo intrabitis i tabna
culū teſtimonij ne moriamini. quia ꝑceptū
ſempitēnū ē in gn̄atiōes veſtras et vt habe
atis ſcientiā diſcernēdi. int̄ ſanctū et ꝓpha
nū. int̄ pollutū et mūdū: doceatiſq; filios iſ-
rahel oia legitima mea q̄ locutus ē dn̄s ad
eos ꝑ manū moyſi Locutuſq; ē moyſes ad
aaron. ⁊ ad eleazar et ythamar filios eius
qui erāt reſidui Tollite ſacrificiū qd̄ reman
ſit de oblatiōe dn̄i et comedite illd̄ abſq; fē
mēto iuxta altare: q̄a ſanctū ſanctoꝝ ē Co
medetis aūt in loco ſancto qd̄ datū eſt tibi
et filijs tuis. de oblationib᷒ dn̄i: ſic ꝑceptū
eſt michi Pectuſclm q̄q; qd̄ oblatū ē. et ar-
mū qui ſepatus eſt edetis i loco mūdiſſimo
tu et filij tui: et filie tue tecū. Tibi eñ ac li
beris tuis repoſita ſunt de hoſtijs ſalutarib᷒
filioꝝ iſrahel: eo q̄ armū et pect9 et adipes
q̄ cremant̄ in altari. eleuauerūt corā dn̄o: ⁊
ptineāt ad te. et ad filios tuos. lege perpe
tua: ſic ꝑcepit dn̄s Int̄ h̄ hircū qui oblat9
fuerat ꝓ peccato cū q̄reret moyſes exuſtū
repit iratuſq; ↄtra eleazar. et ythamar fili
os aaron q̄ remāſerāt ait Cur nō comedi-
ſtis hoſtiā ꝓ peccato in loco ſancto. q̄ ſācta
ſanctoꝝ ē. ⁊ data vob̄ vt portetis iniq̄tatē
multitudinis et rogetis ꝓ ea in ↄſpectu dn̄i:
ꝑſertim cū de ſanguīe illi9 nō ſit illatū intra
ſancta. ⁊ comedere debueratis eā in ſanctu
ario ſic ꝑceptū ē michi. Rn̄dit aarō. Obla
ta ē hodie victima ꝓ peccato ⁊ olocauſtum
corā dn̄o: michi aūt accidit qd̄ vides. Quo
potui comedere eā: aut placere dn̄o in ceri
monijs mēte lugubri. Qd̄ cū audiſſet moy
ſes: recepit ſatiſfactiōem. CA. XI.

Locutus ē dn̄s ad moyſen. et aarō
i dicens Dicite filijs iſrl̄. Cuſtodite
omia q̄ ſcripſi vob̄: vt ſim de9 veſter
Hec ſunt aīalia q̄ comedere debetis de cun-
ctis aīantib᷒ t̄re Omē qd̄ habet diuiſā vn-
gulā ⁊ rumiat in pecorib᷒ comedetis Quid
quid aūt ruminat et hȝ vngulā ſed nō diui
dit eam. ſic camel9 ⁊ cetera. nō comedetis

illud: ⁊ int̄ imūda reputabitis. Cirogrillꝯ
qui rumiat vngulāqꝫ nō diuidit imundus
eſt: lepꝯ qꝫ nā et ipſe rumiat ſed vngulam
nō diuidit. et ſus q̄ cū vngulā diuidat non
rumiat: hoꝝ carnibꝫ nō veſcemini Nec ca-
dauera ↄtigetis q̄a imunda ſunt vob̄. Hec
etiā ſunt q̄ gignunt̄ in aq̄s: et veſci licitū ē
Omne qḋ habet pēnulas ⁊ ſq̄mas tā in mari
q̄p in fluuibꝫ et ſtagnis comedetis. Quidq̄d
aūt pēnulas ⁊ ſquamas nō habet eoꝝ que ī
aquis mouent̄ et viuūt abomiabile vob̄ ex-
ecrādūqꝫ erit. Carnes eoꝝ nō comedetis:
et morticina vitabitis. Cūcta q̄ nō habent
pēnulas ⁊ ſquamas ī aq̄s polluta erūt. Hec
ſunt q̄ de auibꝫ comedere nō debetis: ⁊ vi-
tāda ſunt vobis. Aq̄lam. ⁊ griphū. ⁊ alietū
⁊ miluū. ac vulturē iuxta genꝯ ſuū: ⁊ om̄e
coruini generis. in ſimilitudīeꝫ ſuā: ſtrucio
neꝫ. ⁊ noctuā. ⁊ larū ⁊ accipitrē iuxta genꝯ
ſuū: bubonē ⁊ mēgulū. ⁊ ibi. ⁊ cignū ⁊ ono
crocalū. ⁊ porphirionē. et hēodiōeꝫ ⁊ cara
driō iux̄ genꝯ ſuū: vpupā qꝫ ⁊ veſptilionē.
Omne ð voluc̄bꝫ qḋ ḡdit̄ ſup q̄tuō pedes ab
ominabile erit vob̄. Quidq̄d aūt ambulat
q̄dem ſup q̄tuor pedes ſed habeat longiora
retro crura p̄ q̄ ſalit ſup t̄raꝫ. comedere de-
betis: vt ē brucꝯ in gn̄e ſuo. ⁊ atthacꝯ atqꝫ
ophiomachꝯ. atqꝫ locuſta: ſingl̄a iuxta ge
nꝯ ſuū. Quidq̄d aūt ex volucribꝫ. q̄tuor tm̄
hꝫ pedes execrabile erit vobis: ⁊ q̄cūqꝫ mor
ticina eoꝝ tetigerit polluet̄. et erit imūdꝯ
vſqꝫ ad veſpam: ⁊ ſi neceſſe fuerit vt portet
q̄ppiaꝫ hoꝝ mortuū lauabit veſtimēta ſua.
et imundꝯ erit vſqꝫ ad occaſuꝫ ſolis. Om̄e
aīal quod habet q̄dem vngulā ſed nō diui
dit eaꝫ. nec rumiat. imundū erit: ⁊ quidq̄d
tetigerit illud ↄtamiabit̄ Qð āmbulat ſuper
manꝯ ex cūctis aīmātibꝫ q̄ icedūt q̄dru
pedia: imundū erit. Qui tetigerit mōticina
eoꝝ polluet̄ vſqꝫ ad veſperū: et q̄ portauēit
huiuſcemōi cadauera lauabit veſtimenta
ſua. et imundus erit vſqꝫ ad veſperū: q̄a oīa
hec imunda ſunt vobis. Hec qꝫ int̄ polluta
reputabunt̄ de his q̄ mouent̄ in t̄ra: muſte-
la ⁊ mus et crocodilꝯ. ſingula iuxta genus
ſuū: migale cameleon. et ſtellio. et lacerta
et talpa: oīa h̄ imunda ſunt. Qui tetigerit
morticina eoꝝ imundꝯ erit vſqꝫ in veſpeꝝ:
et ſup quē ceciderit quicq̄ de morticinis eo
rū polluet̄. Tā vas ligneū et veſtimentū. q̄p

pelles. ⁊ cilicia. et in q̄cunqꝫ fit opus tingē
tur aqua. et polluta erūt vſqꝫ ad veſperū: et
ſic poſtea mūdabunt̄ Vas aūt fictile in qḋ
hoꝝ quicq̄ intro ceciderit polluet̄: ⁊ idō frā
gendū eſt. Omis cibꝫ quē comedetis ſi fu-
ſa fuerit ſup eū aqua imundus erit: et om̄e
liquēs quod bibit̄ de vniūſo vaſe imunduꝫ
erit. Et quidq̄d de morticinis huiuſcemodi
ceciderit ſup illud imundū erit: ſiue clibani
ſiue citro pedes deſtruent̄. et imundi erīt. Fō
tes vero et ciſterne. et oīs aquaꝝ ↄgrega
tio mūda erit Qui morticinū eoꝝ tetigēit
polluetur Si ceciderit ſup ſementē nō pollu
et eā: ſin aūt q̄ſpiam aqua ſementē pfude-
rit. et poſtea morticinis tacta fuerit: illico
polluet̄. Si mortuū fuerit aīal quod liceꝫ vo
bis comedere: qui cadauer eiꝯ tetigerit ī-
mūdus erit vſqꝫ ad veſperū Et qui comede
rit ex eo quippiā ſiue portauerit. lauabit ve
ſtimēta ſua: et imundꝯ erit vſqꝫ in veſperū
Om̄e quod reptat ſup terrā abominabile
erit: nec aſſumet̄ in cibū Quidq̄d ſup pectꝯ
quadrupes gradit̄. et multos habet pedes ſi
ue p̄ humū trahit̄ nō comedetis. quia abo-
minabile eſt Nolite ↄtamīare aīas vr̄as:
nec tāgatis quicq̄ eoꝝ ne imūdi ſitis Ego
ſū dn̄s deꝯ vr̄ Sancti eſtote: q̄a ego ſc̄tus
ſum. ne polluatis aīas veſtras in omni repti
li quod mouet̄ ſup t̄ram. Ego em̄ ſum dn̄s
qui eduxi vos de terra egipti: vt eſſem vob̄
in deū. Sancti eritis: quia ego ſanctus ſum
Iſta eſt lex aīantiū ac volucrū et oīs aīe vi
uentis que mouet̄ in aqua. et reptat in ter
ra: vt differētias noueritis mūdi et imūdi:
⁊ vt ſciatis q̄d comedere ⁊ reſpuē debeatis

## CA. XII.

Locutuſqꝫ eſt dn̄s ad moyſen dicēs
Loquere filijs iſrl̄: et dices ad eos
Mulier ſi ſuſcepto ſemine peperit maſculuꝫ
imunda erit ſeptem diebꝫ iuxta dies ſepati
onis mēſtrue: et die octauo circūcidet̄ infā
tulꝯ: ipa vero t̄gitatribꝫ diebꝫ māebit i ſā
guīe purificatiōis ſue Omne ſanctū nō tā-
get nec ingredie̅t in ſanctuariū donec iple
ant̄ dies purificationis ſue Sin aūt femiaꝫ
peperit imunda erit duabꝫ ebdomadibꝫ iux̄
ritū fluxus mēſtrui: et ſexagintaſex diebꝯ
manebit in ſanguīe purificationis ſue Cū-
qꝫ expleti fuerint dies purificationis ſue p̄
filio ſiue p̄ filia deferet agnū agniculum in

olocauſtū et pullū colūbe· ſiue turturem ꝓ
peccato ad oſtiū tabnaculi teſtimonij ⁊ tra
det ſacerdoti: qui offeret illa corā dn̄o· ⁊ ora
bit ꝓ ea: et ſic mūdabit̄ a ꝓfluuio ſanguis
ſui Iſta eſt lex parturiētis maſculū ⁊ femi
nā· Qđ ſi nō inuenerit manꝰ eiꝰ nec potue-
rit offerre agnū: ſumet duos turtures vel
duos pullos colūbarū: vnū in olocauſtum
et alterū ꝓ peccato· Orabitq̄ꝫ ꝓ ea ſacerdos
et ſic mūdabit̄· CA· XIII·
Locutuſq̄ꝫ eſt dn̄s ad moyſen ⁊ ad
1 aaron dicēs· Hō in cuiꝰ cute et cā
ne ortus fuerit diuerſus color ſiue
poſtula· aut lucēs quippiā id ē plaga lepre:
adducet̄ ad aarō ſacerdotē· vel ad vnū quē
libet filioꝝ eius Qui cū viderit leprā in cu
te· ⁊ pilos ī albū mutatos colorē· ipſāq̄ꝫ ſpe
ciem lepre humiliōem cute et carne reliq̄:
plaga lepre eſt· et ad arbitriū eiꝰ ſepabit̄·
Sin autē lucēs cādor fuerit in cute· nec hūi
lior carne reliq̄: et pili coloris p̄ſtini: reclu-
det eū ſacerdos ſeptē diebꝫ· ⁊ ꝯſiderabit die
ſeptimo Et ſiquidē lepra vltra nō creuerit
nec trāſierit in cute p̄ores t̄mios: rurſuꝫ re
cludet eū ſeptē diebꝫ alijs: et die ſeptīo con
templabit̄· Si obſcuriō fuerit lepra et non
creuerit ī cute mūdabit eā quia ſcabies ē:
lauabitq̄ꝫ hō veſtimēta ſua· et mūdus erit·
Qđ ſi poſtq̄ a ſacerdote viſus ē et redditꝰ
eſt mūdicie iterū lepra creuerit adducet̄ ad
eū: et imūdicie cōdemnabit̄· Plaga lepre
ſi fuerit in hoīe adducet̄ ad ſacerdotē: et vi
debit eū Cūq̄ꝫ color albus in cute fuerit· et
capilloꝝ mutauerit aſpectū· ipa q̄ꝫ caro vi
ua apparuerit: lepra vetuſtiſſima iudicabit̄·
atq̄ꝫ mollita cuti Contēnabit itaq̄ꝫ eū ſac
dos et nō recludet: quia ꝑſpicue imūdicie ē
Sin autē effloruerit diſcurrēs lep̄ in cute: ⁊
opuerit oēꝫ carnē a capite vſq̄ꝫ ad pedes· q̄d
quid ſub aſpectu oculoꝝ cadit: cōſiderabit
eū ſacerdos· et teneri lepra mūdiſſima iudi
cabit· eo ꝙ oīs in cādorem v̄ſa ſit: et idcir-
co homo mūdus erit· Quādo vero caro vi-
uens in eo apparuit· tūc ſacerdotis iudicio
polluet̄: et int̄ imundos reputabit̄· Caro ei
viua ſi lepra aſpgitur: imūda eſt· Qđ ſi rur
ſum v̄ſa fuerit in alborem et totū hominem
opuerit ꝯſiderabit eū ſacerdos· ⁊ mūdū eſſe
decernet· Caro autē ⁊ cutis in q̄ vlcus natū
eſt et ſanatū· ⁊ in loco vlceris cicatrix alba
apparuerit ſiue ſubrufa: adducet̄ hō ad ſac
dotem· Qui cū viderit locū lepre humiliorē
carne reliq̄: et pilos v̄ſos in cādorem: cōta-
minabit eū Plaga enim lepre orta eſt in vlce
re Qđ ſi pilus coloris ē p̄ſtini et cicatrix ſb
obſcura: et vicina carne nō ē humilior: re-
cludet eū ſeptem diebꝫ Et ſiquidē creuerit·
adiudicabit eū lepre: ſin autē ſteterit in lo-
cu ſuo· vlceris ē cicatrix: ⁊ homo mūdus erit
Caro autē ⁊ cutis quā ignis excuſſerit· ⁊ ſa
nata albā ſiue rufaꝫ habuerit cicatricē: cō
ſiderabit eā ſacerdos Et ecce v̄ſa ē in albo-
rem· et locus eiꝰ reliq̄ cute eſt humilior: ꝯ-
taminabit eū: quia plaga lepre in cicatrice
orta eſt· Qđ ſi piloꝝ color nō fuerit imuta-
tus· nec humilior plaga carne reliq̄· et ipſa
lepre ſpecies fuerit ſubobſcura: recludet eū
ſeptē diebꝫ: et die ſeptimo ꝯtemplabit̄· Si
creuerit in cute lepra ꝯtaminabit eū: ſin autē
in loco ſuo candor ſteterit nō ſatis clarus·
plaga cōbuſtiōis eſt et idcirco mundabit̄·
quia cicatrix ē ꝯbuſture Vir ſiue mulier in
cuiꝰ capite vel bārba germinauerit lepra: vi
debit eos ſacerdos Et ſiquidē humilior fue
rit locus carne reliq̄· et capillꝰ flauꝰ· ſolito
q̄ꝫ ſubtilior: cōtaminabit eos: quia lepra ca-
pitis ac barbe eſt Sin autē viderit locū ma-
cule eq̄lem vicine carni· et capillū nigruꝫ:
recludet eos ſemptē diebꝫ: et die ſeptīo intu
ebit̄· Si nō creuerit macula· et capillꝰ ſui
coloris eſt· et locꝰ plage carni reliq̄ equalꝭ:
radet̄ homo abſq̄ꝫ loco macule: et recludet̄
ſeptē diebꝫ alijs Si die ſeptimo viſa fuerit
ſteriſſe plaga in loco ſuo· nec humilior car
ne reliq̄· mūdabit eū: lotiſq̄ꝫ veſtibꝫ ſuis mū
dus erit Sin autē pꝰ emūdatiōeꝫ· rurſus cre
uerit macula in cute· nō queret āpliꝰ vtrū
capillus in flauū colorē ſit ꝯmutatus: quia
aꝑte imūdus eſt Porro ſi ſteterit macula·
et capilli nigri fuerint: nouerit hoīem ſana-
tū eſſe: et ꝯſidenter eū ꝓnūciet mūduꝫ· Vir ſi-
ue mlier ī cuiꝰ cute cādor apparuerit: intue
bit̄ eos ſacerdos Si depr̄henderit ſubobſcu-
rū alborē lucere in cute: ſciat nō eſſe leprā·
ſed maculā coloris cādidi: et hominē mūdū
Vir de cuiꝰ capite capilli fluūt· caluꝰ ⁊ mū
dus eſt Et ſi a fronte ceciderint pili: recal-
uaſter ⁊ mūdus ē Sin autē in caluicio ſiue in
recaluatione albꝰ vel rufus color fuerit ex
ortus· et hꝰ ſacerdos viderit: cōdemnabit eū

haut dubie lepre: que orta eſt in caluicio.
Quicūqꝫ ergo maculatꝰ fuerit lepra ⁊ ſe=
paratꝰ ē ad arbitriū ſacerdotis: habebit ve
ſtimēta diſſuta caput nudū. os veſte conte
ctū: ɔtamiatū ac ſordidū ſe clamabit. Om
ni tempe quo leproſus eſt ⁊ imūdus: ſolꝰ
habitabit extra caſtra. Veſtis lanea ſiue li
nea. que leprā habuerit in ſtamīe atqꝫ ſub
tegmine aut certe pellis vel quidq̄d ex pel
le ɔfectū eſt: ſi alba vel rufa macula fuerit
infecta. lepra reputabitur: oſ̄deturqꝫ ſacer
doti. Qui cōſideratam recludet ſeptem die
bus: et die ſeptimo rurſus aſpiciēs. ſi dep̄=
henderit creuiſſe. lepra pſeuerās ē: pollutū
iudicabit veſtimētum. et om̄e in quo fuerit
inuenta: et idcirco cōbureł flāmis. Qd ſi
eā viderit nō creuiſſe. p̄cipiet et lauabūt id
in quo lepra eſt: recludetqꝫ illud ſeptem die
bus alijs. Et cū viderit faciem quidē priſti
nam nō reuerſam nec tamē creuiſſe leprā:
imūdū iudicabit et igne ɔburet: eo ꝙ in
fuſa ſit in ſupficie veſtimenti vel p totum le=
pra. Sin autē obſcurior fuerit locus lepre
poſtq̄ veſtis eſt lota: abrūpet eum et a ſoli
do diuidet. Qd ſi vltra apparuerit in his lo=
cis que prius immaculata erant: lepra vo
latilis et vaga debet igne cōburi. Si ceſſa=
uerit. lauabit aqua ea que pura ſunt ſecū=
do: et mūda erunt. Iſta eſt lex lepre veſtim̄
ti lanei ⁊ linei. ſtaminis atqꝫ ſubtegminis.
omniſqꝫ ſuppellectilis pellicee: quō mūdari
debeat vel ɔtaminari. CA. XIIII.

Locutuſqꝫ eſt dominꝰ ad moyſen di
1 cens. Hic ē ritus leproſi quādo mū
datus eſt adduceł ad ſacerdotem.
Qui egreſſus de caſtris. cū inuenerit leprā
eſſe mūdatā. p̄cipiet ei q̄ purificatur. vt of
feret duos paſſeres viuos ꝓ ſe quo veſci li=
citum eſt: et lignū cedrinū. vermiculumqꝫ.
et yſopum. Et vnū ex paſſeribus immolari
iubebit in vaſi fictili ſuper aquas viuentes:
alium autē viuū. cum ligno cedrino et coc=
co et yſopo tinget in ſanguine paſſeris im=
molati. quo aſpget illum qui mūdandus ē
ſepties. vt iure purgetur: et dimittet paſſe
rem viuū vt in agrum euolet. Cumqꝫ laue=
rit homo veſtimenta ſua. radet omnes pilos
corporis. et lauabitur aqua. purificatuſqꝫ i
gredietur caſtra: ita dumtaxat vt mane=
at extra tabernaculū ſuum ſeptem diebus:

et die ſeptima radet capillos capitis. bar=
bamqꝫ et ſupcilia. ac tocius corporis pilos.
Et lotis rurſum veſtibus et corpore. die oc
tauo aſſumet duos agnos immaculatos. ⁊
ouem anniculā abſqꝫ macula: et tres deci=
mas ſimile in ſacrificium que conſperſa ſit
oleo: et ſeorſum olei ſextariū. Cumqꝫ ſacer=
dos purificans hominē ſtatuerit eum ⁊ hec
omnia coram domino in oſtio tabernaculi te
ſtimonij: tollet agnū et offeret eū pro deli
cto oleiqꝫ ſextarium. Et oblatis ante domi
nū omnibꝫ. immolabit agnū vbi ſolet imo=
lari hoſtia ꝓ peccato et olocauſtū: id eſt in
loco ſancto. Sicut enī ꝓ peccato: ita et pro
delicto. ad ſacerdotem ptinet hoſtia. San=
cta ſanctorū eſt. Aſſumenſqꝫ ſacerdos de ſā
guine hoſtie que immolata eſt ꝓ delicto po
net ſuper extremū auricule dextre eius qui
mūdatur: et ſuper pollices manus dextre ⁊
pedis: et de olei ſextario mittet in manū ſu=
am ſiniſtram tingetqꝫ digitū dextrū in eo:
et aſperget coram dn̄o ſepties. Quod autē
reliquū eſt olei in leua manu. fundet ſuper
extremū auricule dextre eius qui mūdatur
et ſuper pollices manus ac pedis dextri: et
ſuper ſanguinem qui effuſus eſt ꝓ delicto: ⁊
ſuper caput eius. Rogabitqꝫ ꝓ eo coram do
mino: et faciet ſacrificium pro peccato.
Tūc immolabit olocauſtum: et ponet il=
lud in altari cum libamentis ſuis: ⁊ homo
rite mūdabitur. Qd ſi pauper eſt. et nō po
teſt manus eius inuenire que dicta ſunt: ꝓ
delicto ſumet agnū ad oblationem. vt ro=
get ꝓ eo ſacerdos. decimamqꝫ partem ſimi
le. cōſperſe oleo in ſacrificiū. et olei ſexta
rium. duoſqꝫ turtures ſiue duos pullos co
lumbe: quorum vnus ſit ꝓ peccato. et alter
in olocauſtum: offeretqꝫ ea die octauo pu=
rificationis ſue ſacerdoti ad oſtiū taberna
culi teſtimonij coram domino. Qui ſuſcipiēs
agnum ꝓ delicto. et ſextariū olei. leuabit
ſimul: immolatoqꝫ agno. de ſanguine eiꝰ po
net ſuper extremū auricule dextre eius qui
mundatur: et ſuper pollices manus eius ac
pedis dextri. Olei vero partem mittet i ma=
nū ſuam ſiniſtram: in quo tingens digitum
dextre manus aſperget ſepties coram dn̄o
tangetqꝫ extremū dextre auricule illiꝰ qui
mundatur. et pollices manus ac pedis dex=
tri: in loco ſanguis qui effuſus eſt ꝓ delicto

Reliquã aũt partem olei que eſt in ſiniſtra
manu·mittet ſuper caput purificati vt pla
cet ꝓ eo dominũ: et turturem ſiue pullũ co
lumbe offeret: vnum ꝓ delicto· et alteruȝ in
olocauſtum cum libamentis ſuis· Hoc ē ſa
crificium leproſi· qui habere non poteſt om
nia in emũdationem ſui Locutuſqꝫ eſt dñs
ad moyſen et aaron dicens · Cũqꝫ ingreſſi
fueritis terram chanaan · quã ego dabo vo
bis in poſſeſſionem: ſi fuerit plaga lepre in
edibus: ibit cuius eſt domus nuncians ſacer
doti · et dicet · Quaſi plaga lepre videt̃ mihi
eſſe in domo mea · Et ille ꝑcipiet vt efferan
tur vniũſa de domo ꝑuſqꝫ ingrediatur eã·
et videat vtrum leproſa ſit: ne immunda fi-
ant omnia que in domo ſunt· Intrabitqꝫ po
ſtea vt cõſideret lepram domꝰ: et cum vide
rit in parietibus illius quaſi valliculas pal
lore ſiue rubore deformes· et humiliores ſu
perficie reliqua: egredietur oſtium domꝰ ⁊
ſtatim claudet illã ſepteȝ diebꝫ : reuerſuſqꝫ
die ſeptimo cõſiderabit eam · Si inuenerit
creuiſſe lepram iubebit erui lapides in qui
bus lepra eſt: et ꝓiciet eos extra ciuitateȝ
in locum immũdum: domuȝ aũt ipſam radi
intrinſecꝰ per circuitũ· et ſpergi puluerẽ
raſure extra vrbem in locum immũduȝ: la-
pideſqꝫ alios reponi ꝓ his qui ablati fuerãt
et luto alio liniri domũ· Sin aũt poſtq̃ eru
ti ſunt lapides· et puluis elatus· et alia ter-
ra lita ingreſſus ſacerdos viderit reuerſam
lepram· et parietes reſperſos maculis: lep̃
eſt pſeuerans· et immũda domꝰ· Quaȝ ſta-
tim deſtruent: et lapides eius ac ligna atqꝫ
vniuerſuȝ pulvereȝ ꝓicient extra opidũ in
locum imũduȝ Qui intrauerit domũ quãdo
clauſa eſt immũdus erit vſqꝫ ad veſperũ: et
qui dormierit in ea et comederit quippiã la
uabit veſtimenta ſua· Qð ſi introiens ſacer
dos viderit lepram non creuiſſe in domo po
ſtq̃ denuo lita fuerit: purificabit eam red-
dita ſanitate Et in purificatione eiꝰ ſumet
duos paſſeres lignumqꝫ cedrinũ et vermi-
culum atqꝫ yſopum: et immolato vno paſ-
ſere in vaſe fictili ſuper aquas viuas· tollet
lignum cedrinuȝ· et yſopum ⁊ coccuȝ· ⁊ paſ
ſerem viuũ · ⁊ tinget omnia in ſanguĩe paſ
ſeris immolati atqꝫ in aquis viuentibꝫ ⁊ aſ
perget domũ ſepties: purificabitqꝫ eam tã
in ſanguine paſſeris q̃ in aquis viuentibꝫ·
et in paſſere viuo· lignoqꝫ cedrino et yſopo
atqꝫ vermiculo· Cũqꝫ dimiſerit paſſereȝ euo
lare in agrum libere: orabit ꝓ domo et iure
mundabit̃ · Iſta ē lex oĩs lepre ⁊ ꝑcuſſure ·
lepre veſtiũ et domoruȝ· cicatricis et erum
pentium papularum: lucentis macule et in
varias ſpecies coloribus immutatis: vt poſ
ſit ſciri quo tempore mũdũ q̃d vel immũdum
ſit·

CA· XV·

Locutuſqꝫ eſt dominꝰ ad moyſen ⁊
I aaron dicens· Loquimini filijs iſra
hel: et dicite eis· Vir qui patit̃ flu-
xum ſeminis· immũdus erit: et tunc iudica
bitur huic vicio ſubiacere: cum per ſingla
momenta adheſerit carni eius· atqꝫ concre
uerit fedꝰ humor· Omne ſtratũ in quo dor
mierit immũdum erit: et vbicunqꝫ ſederit
Si quis hominũ tetigerit lectuȝ eius laua-
bit veſtimenta ſua: et ipſe lotus aqua imun
dus erit vſqꝫ in veſperuȝ · Si ſederit vbi ille
ſederat: et ipſe lauabit veſtimenta ſua: ⁊ lo
tus aqua immũdus erit vſqꝫ in veſperum ·
Qui tetigerit carnem eius lauabit veſtimẽ
ta ſua: et ipſe lotus aqua immũdus erit vſ
qꝫ ad veſperum Si ſaliuaȝ huiuſcemodi ho
mo iecerit ſuper eũ qui mũdus eſt lauabit
veſtimenta ſua: et lotus aqua imundus erit
vſqꝫ ad veſpeꝝ Sagia ſuper quod ſederit i-
mundũ erit· ⁊ quidq̃d ſub eo fuerit qui flu
xũ ſemis patit̃ pollutũ erit vſqꝫ ad veſpeꝝ
Qui portauerit horum aliquid lauabit veſti
menta ſua: et ipẽ lotus aqua immũdus erit
vſqꝫ ad veſperum Omnis queȝ tetigerit q̃
talis eſt non lotis ante manibus· lauabit ve
ſtimenta ſua: et lotus aqua immũdus erit
vſqꝫ ad veſperuȝ Vas fictile quod tetigẽit
confringetur: vas aũt ligneum lauabitur
aqua Si ſanatꝰ fuerit qui huiuſcemodi ſu
ſtinet paſſionem numerabit ſeptẽ dies poſt
emundationem ſui: et lotis veſtibus· et to-
to corpore in aquis viuentibus erit mũdꝰ·
Die autem octauo ſumet duos turtures
aut duos pullos columbe: et veniet in con-
ſpectu domini ad oſtium tabernaculi teſti-
monij: dabitqꝫ eos ſacerdoti · Qui faciet
vnum pro peccato · et alterum in olocau-
ſtum: rogabitqꝫ pro eo coram domino vt
emundetur a fluxu ſeminis ſui · Vir de quo

BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

egrediť ſemē coitus· lauabit aqua omne
corpus ſuū: et imūdꝰ erit vſqꝫ ad veſpeꝝ
Veſtem ⁊ pellē ꝙ habuerit lauabit aqua:
et imunda erit vſqꝫ ad veſpeꝝ· Mulier cū
qua coierit lauabiť aqua: ⁊ immunda erit
vſqꝫ ad veſperū · Mulier q̄ redeūte menſe
patiť fluxū ſaguinis: ſeptem dieb̾ ſepabi
tur· Omnis q̇ tetigerit eā· imūdꝰ erit vſ=
qꝫ ad veſperū: ⁊ locꝰ i q̇ dormierit ł ſederit
dieb̾ ſapatōis ſue· polluet· Qui tetigerit
lectū ſuū: lauabit veſtimēta ſua: ⁊ ipſe lo=
tus aq̄ imūdꝰ erit vſqꝫ ad veſperū · Omne
vas ſup quod illa ſederit· quiſquis attige=
rit lauabit veſtimenta ſua: ⁊ ipſe lotus aq̄
pollutus erit vſqꝫ ad veſpeꝝ· Si coierit cū
ea vir tp̄e ſaguinis mēſtrualis imundus
erit ſeptē dieb̾: ⁊ omē ſtratū in q̇ dormie=
rit polluet· Mulier q̄ patiť mľtis dieb̾ flu
xū ſaguinis ñ in tp̄e menſtruali· vel q̄ poſt
mēſtruū ſagnē fluē nō ceſſat: ꝙdiu ſubia=
cet huic paſſioni imūda erit: q̄ſi ſit in tp̄e
mēſtruo· Omē ſtratū i q̇ dormierit: ⁊ vas
i q̇ ſederit· pollutū erit· Quicūqꝫ tetigerit
eā lauabit veſtimēta ſua: ⁊ ipſe lotꝰ aqua
imūdus erit vſqꝫ ad veſperuꝫ· Si ſteterit
ſāguis ⁊ fluē ceſſauerit· numerabit ſepteꝫ
dies purificatōis ſue: ⁊ die octauo offeret
ꝑ ſe ſacērdoti duos turtures aut duos pul=
los colūbaꝝ ad hoſtiū tabnacľi teſtimo=
nij: q̇ vnū faciet ꝑ pccato· ⁊ alteꝝ i olocau
ſtū rogabitqꝫ ꝑ ea corā dn̄o: ⁊ ꝑ fluxu imū
dicie eiꝰ Docebitis ḡ filios iſrľ vt caueāt
imūdicias: ⁊ ñ moriāť i ſordib̾ ſuis cū pol=
luerit tabnaclm meū: qđ ē inť eos· Iſta ē
lex eiꝰ q̇ patiť fluxū ſeīis· ⁊ q̇ polluiť coitu
⁊ q̄ mēſtruis tp̄ib̾ ſepať vľ q̄ iugi fluit ſa=
guie: ⁊ hois q̇ dormierit cū ea ·CA·XVI·

Locutuſqꝫ ē dn̄s ad moyſē poſt
mortē duoꝝ filioꝝ aarō: qn̄ of
ferētes ignē alienū inťfecti ſūt
Et p̄cepit ei dicēs· Loq̄re ad a
arō frēm tuū· ne omi tp̄e igrediať ſāctua=
riū· qđ ē intra velū corā ꝓpiciatorio q̇ tegi
ť archa· vt ñ moriať· qꝛ in nube apebo ſup
oraculū: ñ h̄ an̄ fecerit· Vitulū ꝑ pc̄to offe
ret: ⁊ arietē i olocauſtū· Tūica linea veſti
eť: fēi alib̾ lineis verēda celabit· Accigeť
zona linea: cidari lineā iponet capiti· Hec
eñ veſtimēta ſūt ſacta: q̇b̾ cūctis cū lotꝰ
fuerit iduet· Suſcipiet qꝫ ab vniūſa mľtitu

die filioꝝ iſrľ duos hircos ꝑ pc̄to: ⁊ vnū
arietē i olocauſtū· Cūqꝫ obtulerit vitulū
⁊ orauerit ꝑ ſe ⁊ ꝑ domo ſua: duos hircos
ſtare faciet corā dn̄o i oſtio tabernacľi te
ſtionij: mittēſqꝫ ſup vtrūqꝫ ſortē· vnā dn̄o·
⁊ altēaꝫ capro emiſſario· cꝰ exierit ſors dn̄o·
offerꝫ illū ꝑ pc̄to: cuiꝰ aūt i caprū emiſſa
riū ſtatuet eū viuū corā dn̄o· vt fundat p̄
ces ſup eū: ⁊ emittat eū i ſolitudieꝫ· Hiis
rite celebratis· offerꝫ vitulū: ⁊ rogans ꝑ
ſe ⁊ ꝑ domo ſua imolabit eū· Aſſumptoqꝫ
thuribulo qđ de prunis altaris impleuerit
⁊ hauriēs manu ꝯpoſitū thymiama i incē=
ſū: vľť velū īťbit i ſacta vt poitis ſup ignē
aromatib̾ nebula eoꝝ ⁊ vapor opiat ora=
culū qđ ē ſup teſtioniū: ⁊ ñ moriať Tollet
q̄ꝫ đ ſagne vituli: et aſꝑget digito ſepties
ōtra ꝓpiciatoriū ad orietēꝫ Cūqꝫ mactaue
rit hircū ꝑ pc̄to ꝑpľi· iferet ſagumeꝫ eius
inť velū ſic p̄ceptū ē đ ſagume vituli: vt a
ſpergat e regione oraculi· ⁊ expiet ſāctua
riū ab imūdicijs filioꝝ iſrľ: ⁊ a p̄uaricatōi
b̾ eoꝝ· cunctiſqꝫ pc̄tis· Iuxta hūc ritū fa
ciet i tabernacľo teſtimonij qđ fixū eſt inť
eos: i medio ſordiū hitatōis eoꝝ Nullus
hoiꝫ ſit i tabnacľo qn̄ pōtifex ſc̄tuariū igre
diť· vt rogꝫ ꝑ ſe ⁊ ꝑ domo ſua ⁊ ꝑ vniūſo
cetu iſrľ donec egrediať tabnaclm Cū ať
exierit ad altare qđ corā dn̄o ē oret ꝑ ſe: ⁊
ſūptū ſaguie vituli atqꝫ hirci fundat ſup
cōnua eiꝰ ꝑ giꝝ· aſꝑgēſqꝫ digito ſepcies
expiet ⁊ ſāctificet illud ab imūdicijs filio
rū iſrľ· Pꝰ ꝙ emūdauerit ſāctuariū· ⁊ tab
nacľū· ⁊ altare· tūc offerat hircū viuētē ⁊
poita vtrqꝫ maū ſup caput eiꝰ ꝯfiteať oīs
iniq̄tates filioꝝ iſrľ et vniūſa delicta atqꝫ
pc̄ta eoꝝ· q̇ impc̄ās capiti eiꝰ emitteꝫ illū ꝑ
hoieꝫ paratū i đſtū· Cūqꝫ portauerit hircꝰ
oēs iiq̄tates eoꝝ i ťrā ſolitariā· ⁊ dimiſ
ſꝰ fuerit i đſto· reuťeť aarō i tabnaclū te
ſtionij: ⁊ đpoſitis veſtib̾ q̇b̾ p̄ꝰ iduťꝰ eāt
cū īťret ſāctuariū· relictiſqꝫ ibi· lauabit cā
nē ſuā i loco ſacto: iduetqꝫ veſtib̾ ſuis· Et
pꝰ ꝙ egreſſꝰ obtulerit olocauſtū ſuū ac ple
bis rogabit tā ꝑ ſe ꝙ ꝑ ꝑpľo: ⁊ adipē q̇ ob
latus eſt ꝑ peccatis adolebit ſuper altare
Ille vero q̇ dimiſerit caprū emiſſariū laua
bit veſtimenta ſua ⁊ corpus aqua: ⁊ ſic in
grediet in caſtra· Vitulum aūt et hircum
qui pro peccato fuerāt immolati et quoꝝ

ſāguis illatꝰ ē i ſctuariū vt expiatō ōple
rē· aſportabūt foras caſtra ⁊ ōburēt ig
ni tā pelles ꝙ̄ cārnes eoꝝ ac fimū: ⁊ q̄cūq̄
ōbuſſerit ea· lauabit veſtimēta ſua· ⁊ car-
nē aq̄: ⁊ ſic ingredieṫ caſtra· Eritq̄ vob̄ h̄
legittimū ſépitnū· Menſe aūt ſeptio decima
die mēſis· affligetis aīas vr̄as: nullūq̄ o-
pꝰ facietis ſiue indigena ſiue aduena q̄ pe
regrinatur īnt̄ vos· In hac die expiacio erit
vr̄i atq̄ mūdacio: ab omnibꝰ pc̄tis vr̄is co
rā dn̄o mūdabimi· Sabbatū eñ reqetōis
ē: et affligetis aīas vr̄as religione ꝑpetua
Expiabit aūt ſacẻdos q̄ vnctꝰ fuẻit: ⁊ cuiꝰ
manꝰ iniciate ſūt vt ſacẻdotio fūgaṫ ꝑ pr̄e
ſuo· Induetq̄ ſtola linea et veſtibꝰ ſanctis
⁊ expiabit ſanctuariū ⁊ tab̄nacl'm teſtimo
nij atq̄ altare: ſacẻdotes q̄q̄ ⁊ vniūſū pp̄l'u
Eritq̄ h̄ vob̄ legittimū ſempiternū: vt ore
tis ꝑ filijs iſrl'· et ꝑ cūctis peccatis eoꝝ ſe-
mel in anno· Fecit igitur ſicut preceperat
dominus moyſi· CAPI· XVII·

Et locutꝰ ē dn̄s ad moyſē dicēs
loq̄re aarō ⁊ filijs eiꝰ ⁊ cūctis fi
lijs iſrl': dicēs ad eos· Iſte eſt ſ
mo quem mādauit dn̄s dicēs·
Hō q̄libet d̄ domo iſrl'· ſi occiderit bouē aut
ouē· ſiue caprā in caſtris vl' extra caſtra·
⁊ nō obtulerit ad oſtiū tab̄nacl'i oblatōē
dn̄o: ſanguinis reꝰ erit· Quaſi ſi ſanguinē
fuderit: ſic ꝑibit d̄ medio pp̄l'i ſui· Ideo ſacẻ
doti offerre dēt filij iſrl' hoſtias ſuas q̄s oc
cidūt in agro vt ſactificēt dn̄o an̄ oſtiū ta
b̄nacl'i teſtionij: ⁊ immolēt eas hoſtias pa
cificas dn̄o· Fūdetq̄ ſacerdos ſanḡnē ſuꝑ
altare dn̄i ad oſtium tabernaculi teſtimo
nij: ⁊ adolebit adipē i odorē ſuauitatis dn̄o:
⁊ neq̄q̄ vltra immolabūt hoſtias ſuas de-
monibꝰ cū q̄bus fornicati ſūt· Legitimū
ſēpiternū erit illis ⁊ poſteris eoꝝ· Et ad ip
ſos dices· Homo de filijs iſrl'· ⁊ de aduenis
q̄ ꝑegnāṫ apd̄ vos q̄ obtulẻit olocauſtū ſi
ue victimā· ⁊ ad oſtiū tab̄nacl'i teſtionij n̄
adduxit eā vt offeraṫ dn̄o: interibit de pp̄l'o
ſuo· Homo q̄libet d̄ domo iſrl'· ⁊ de aduenis
q̄ ꝑegnanṫ inter vos· ſi comederit ſanḡnem
obfirmabo faciē meā ōt aīam illiꝰ ⁊ diſper
dā eā d̄ pp̄l'o ſuo: q: aīa carnis in ſanḡne ē:
⁊ ego dedi illū vob̄· vt ſuꝑ altare in eo expi
etis ꝑ aīabꝰ vr̄is: et ſanguis ꝑ aīe piaculo
ſit· Idcirco dixi filijs iſrl'· Omis aīa ex vob̄

nō comedet ſanḡnē: nec ex aduenis q̄ ꝑeg-
nanṫ apd̄ vos· Homo q̄cunq̄ de filijs iſrl'· ⁊
de aduenis q̄ peregrinanṫ apud vos· ſi venati
one atq̄ aucupio ceperit ferā vel auē q̄bꝰ
veſci licitū eſt: fundat ſanḡnē ⁊ opiat illū
terra· Aīa eñ oīs carnis in ſanḡne eſt· Vn̄
dixi filijs iſrl'· Sanḡnē vniuerſe carnis nō
comedetis: q: aīa carnis in ſanḡne eſt: ⁊ q̄
cūq̄ comederit illū interibit· Aīa q̄ come-
derit morticinū vel captū a beſtia· tā de in-
digenis q̄ d̄ aduenis lauabit veſtimēta ſua
⁊ ſemetipm̄ aqua: et ōtaminatꝰ erit vſq̄ ad
veſpeꝝ: et hic ordine mūdus fiet· Qd̄ ſi nō
lauerit veſtimenta ſua vel corpus: portabit
iniquitatem ſuam· CA· XVIII·

Locutuſq̄ ē dn̄s ad moyſen dicēs·
Loquere filijs iſrl': ⁊ dices ad eos·
Ego ſū dn̄s deꝰ vr̄· Iuxta ōſuetu-
dinē t̄re egipti in q̄ hītaſtis nō facietis: et
iuxta morē regionis chanaā· ad quā ego
introducturꝰ ſum vos· nō agetis: nec in le
gitimis eoꝝ ambulabitis· Facietis iudi-
cia mea ⁊ precepta mea ſuabitis: ⁊ ambu-
labitis i eis· Ego dn̄s vr̄· Cuſtodite leges
meas atq̄ iudicia: q̄ faciēs hō viuet in eis
Ego dn̄s deus vr̄· Oīs hō ad ꝑximā ſanḡ-
nis ſui nō accedet vt reuelet turpidinē eiꝰ
Ego dn̄s· Turpitudinē pr̄is tui ⁊ turpitu
dinem mr̄is tue nō diſcoopies· Mat̄ tua ē:
nō reuelabis turpitudinē eiꝰ· Turpitudi-
nē vxoris pr̄is tui nō diſcoopies· turpitu
do eñ pr̄is tui ē· Turpitudiem ſororis tue
ex pr̄e ſiue ex mr̄e q̄ domi vel foris genita ē
nō reuelab̄ Turpitudiē filie filij tui vl' ne
ptis ex filia nō reuelabis: q: turpitudo tua
eſt· Turpitudinē filie vxoris pr̄is tui quā
ꝑpit pr̄i tuo ⁊ eſt ſoror tua: nō reuelabis·
Turpitudiē ſororis pr̄is tui nō diſcoopi-
es: q: caro ē pr̄is tui· Turpitudiē ſororis
mr̄is tue nō reuelab̄: eo ꝙ caro ſit mr̄is tue
Turpitudinē patrui tui nō reuelabis: nec
accedes ad vxorem eiꝰ: q̄ tibi affinitate ō-
iūgiṫ· Turpitudiem nurꝰ tue nō reuelab̄·
q: vxor filij tui eſt: nec diſcoopies ignominiā
eiꝰ· Et vxorē fr̄is ſui nullꝰ accipiat· Tur-
pitudiē vxoris fr̄is tui nō reuelab̄: q: t̄pi-
tudo fr̄is tui ē· Turpitudiem vxoris tue ⁊
filie eiꝰ n̄ reuelab̄· Filiā filij eiꝰ· ⁊ filiā filie il
liꝰ nō ſumes vt reueles ignominiā eiꝰ: q: ca-
ro illiꝰ ſunt: ⁊ talis coitꝰ inceſtꝰ ē· Soror ē

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

vxoris tue ī pellicatū illi⁹ nō accipies: nec
reuelabis turpitudinē ei⁹ adhuc illa viuen
te· ad mulierē que patit̄ mēſtrua nō acce-
des: nec reuelabis feditatē ei⁹· Cū vxore
primi tui nō coib̄: nec ſemis ɔmixtiōe ma
culaberis· De ſemie tuo nō dabis vt con-
ſecret̄ ydolo moloch: nec pollues nomen dei
tui· Ego dn̄s· Cū maſc̄lo nō ɔmiſcearis co
itu femieo: q2 abōmatio ē· Cū om̄i pecore
non coibis: nec maculaberis cū eo· Mulier
nō ſuccūbet iumēto nec miſcebit̄ ei· q2 ſce
l⁹ ē· Nec polluāmi in om̄ib⁹ hijs q̄b⁹ ɔtami
nate ſūt vniūſe gētes quas ego eiciā an̄ ɔ-
ſpectū veſtrū: ⁊ q̄b⁹ polluta ē t̄ra cui⁹ ego
ſcelēa viſitabo: ut euomat h̄itatores ſuos
Cuſtodite legittima mea atq3 iudicia: ut
nō faciatis ex om̄ibus abomiatōnib⁹ iſtis
tā indigena q̄ȝ colon⁹ q̄ pegrinat̄ apud vos
Oēs em̄ execratōes iſtas fecerunt accole
t̄re q̄ fuerūt an̄ vos: et polluer̄t eā· Cauete
ḡ ne et vos ſilit̄ euomat cū paria feceritis:
ſicut euomuit gētē q̄ fuit an̄ vos· Om̄is aīa
q̄ fecerit de abomiacōib⁹ hijs q̄ppiā: pibit
de medio ppl̄i ſui· Cuſtodite mādata mea·
Nolite facē q̄ fecer̄t hij q̄ fuerūt an̄ vos: ⁊
ne polluamini in eis· Ego dn̄s de⁹ veſter·

CA· XIX·

Locut⁹ ē dn̄s ad moyſē dicēs· Lo-
q̄re ad om̄ē cetū filioꝝ iſrael: et di
ces ad eos· Sācti eſtote: q2 ego ſāctus ſū
dn̄s de⁹ vr̄· Vnuſq̄ſq3 prēm ſuū ⁊ mrēm ſuā
timeat Sabbata mea cuſtodite· Ego dn̄s
de⁹ vr̄· Nolite ɔuerti ad ydola: nec de⁹ ɔfla
tiles facietis vobis· Ego dn̄s de⁹ vr̄· Si im
molaueritis hoſtiā pacificoꝝ dn̄o ut ſit pla
cabil̄· eo die q̄ fuerit immolata comedetis
eā: ⁊ die altero· Quicquid aūt reſiduū fu-
erit in diē t̄ciū: igne cōburetis· Si q̄s poſt
biduū comederit ex ea pphan⁹ erit et impie
tatis re⁹: portabitq3 iniq̄tatē ſuā q2 ſc̄tū
dn̄i polluit: et pibit aīa illi⁹ de ppl̄o ſuo· Cū
q3 meſſueris ſegetes t̄re tue nō tondeberis
vſq3 ad ſolū ſupficiē t̄re· nec remanētes ſpi
cas colliges: neq3 in vinea tua racemos et
grana decidēcia ɔgregab̄: ſ3 pauperib⁹· et
peregrinis carpēda dimittes· Ego dn̄s deus
vr̄· Nō facietis furtū· nec menciemini· nec
decipiet vnuſq̄ſq3 primū ſuū· Nō piurab̄ in
nomine meo· nec pollues nomē dei tui· Ego
dn̄s· Non facietis calūniā primo tuo: nec
vi opprimes eū· Nō morabit̄ op⁹ mercēna
rij tui· apud te vſq3 māc· Nō maledices ſur
do· nec corā ceco pones offēdiculū: ſ3 time
b̄ dn̄ȝ deū tuū: q2 ego ſū dn̄s· Nō facies qđ
iīquū ē: nec iīuſte iudicab̄· Nō ɔſideres pſo
nā paupis: nec honores vultū potētis· Iu-
ſte primo tuo iudica· Nec eris criminator:
nec ſuſurro ī ppl̄is· Nō ſtab̄ ɔt̄ ſāguinē pri
mi tui· Ego dn̄s· Nō oderis fr̄ē tuū ī corde
tuo: ſ3 publice argue eū: ne hēas ſup illo
pc̄tm· Nō q̄ras vlcionē: nec memor eris in
iurie ciuiū tuoꝝ· Diliges amicū tuū ſic te
ipm· Ego dn̄s· Leges meas cuſtodite· Iu-
mētū nō facies coire cū alteri⁹ gn̄is aīan-
tib⁹· Agrū tuū nō ſeres diūſo ſemie· Veſte
q̄ ex duob⁹ texta ē nō idueris· Homo ſi dor
mierit cū muliere coitu ſeminis q̄ ſit ācilla
eciā nobilis· et tamē pcio nō redēpta nec li
bertate donata: vapulabūt ambo ⁊ nō mo
rient̄: q2 nō fuit libera· Pro delicto aūt ſuo
offeret dn̄o ad oſtiū tabnaculi teſtimonij
arietē: orabitq3 p eo ſacerdos ⁊ p pc̄to ei⁹
corā dn̄o et repropiciabit̄ ei: dimittetur q3
peccatū· Quādo ingreſſi fueritis terrā· et
plātaueritis in ea ligna pomifera: aufere-
tis ppucia eoꝝ· Poma q̄ germināt imūda
erūt vob̄: nec edetis ex eis· Quarto aūt an-
no om̄is fruct⁹ eoꝝ ſanctificabit̄: laudabi
lis dn̄o· Quito aūt anno comedetis fruct⁹:
ɔgregātes poma q̄ pferunt· Ego dn̄s deus
vr̄· Nō comedetis carnē cū ſanguine· Non
auguriabimi: nec obſuabitis ſomnia· Ne-
q3 ī rotūdū attondebitis comā: nec radetis
barbā· Et ſup mortuo nō incidetis carnes
vr̄as: neq3 figuras aliq̄s aut ſtigmata faci
etis vob̄· Ego dn̄s· Ne pſtituas filiā tuā:
ne cōtaminet̄ t̄ra et impleat̄ piaculo· Sab
bata mea cuſtodite: et ſanctuariū meū me
tuite· Ego dn̄s· Nō declinetis ad magos:
nec ab ariolis aliq̄d ſciſcitemini: ut pollua
mini p eos· Ego dn̄s de⁹ vr̄· Corā cano ca-
pite ɔſurge: et honora pſonā ſenis: et time
dn̄m deū tuū· Ego ſum dn̄s· Si habitaue-
rit aduena in t̄ra vr̄a· et morat⁹ fuerit int̄
vos· nō exprobretis ei: ſ3 ſit int̄ vos q̄ſi idigēa
et diligetis eū q̄ſi voſmetipos· Fuiſtis em̄ ⁊
vos aduene ī t̄ra egipti· Ego dn̄s d⁹ vr̄· Noli
te facē iīquū aliq̄d ī iudicio: ī regula ī pōde
re ī mēſura· Statera iuſta· ⁊ eq̄ ſint pōdera
iuſtus modi⁹: equuſq3 ſextarius· Ego dn̄s

deus vr̄: q̄ eduxi vos de ťra egpti· Cuſtodi-
te om̄ia p̄cepta mea ⁊ vniūſa iudicia: ⁊ fa
cite ea· Ego dñs· CAPI· XX·
Locutuſq; ē dñs ad moyſen dicens
Hec loq̄ris filijs iſrl'· Homo d' filijs
iſrl' ⁊ de aduenis q̄ habitāt in iſrl':
ſi q̄s dederit de ſemie ſuo ydolo moloch· mō
te moriať· Popul9 ťre lapidabit eū: ⁊ ego
ponā faciē meā ɔt illū · ſuccidāq; eū de me
dio pp̄li ſui: eo ꝙ dederit de ſemine ſuo mo-
loch· ⁊ ɔtamiauerit ſanctuariū meū· ac pol
luerit nomē ſanctū meum· qđ ſi negligens
pp̄ls ťre et q̄ſi paruipendens imperiū meū·
dimiſerit hominem qui dedit de ſemie ſuo
moloch· nec voluerit eū occidere: ponā faciē
meā ſup hoiem illū et ɔgnacōez eius: ſucci
dāq; et ipſū et omes q̄ ɔſenſerūt ei· ut for-
nicaretur cū moloch de medio pp̄li ſui· Ani
ma q̄ declinauerit ad magos et ariolos et
fornicata fuerit cū eis: ponā faciē meā ɔt
eā: ⁊ interficiā illā de medio pp̄li ſui· Sāctifi-
camini et eſtote ſācti: q: ego ſāct9 ſū dñs
de9 vr̄· Cuſtodite p̄cepta mea: ⁊ facite ea·
Ego dñs q: ſanctifico vos· Qui maledix-
erit patri ſuo aut mr̄i: morte moriať· Pr̄i
mr̄iq; q̄ maledixerit: ſāguis ei9 ſit ſup eū
Si mechatus q̄s fuerit cū vxore alteri9· ⁊
adulteriū ꝑpetrauerit cū cōiuge ꝓximi ſui
morte moriēť ⁊ mech9 ⁊ adultera· Qui
dormierit cū nouerca ſua et reuelauerit ig
nominiā patris ſui: morte moriāť ambo·
Sāguis eorū ſit ſup eos· Si q̄s dormierit
cū nuru ſua vťq; moriať: q: ſcel9 opati ſūt
Sāguis eorū ſit ſup eos· Qui dormierit cū
maſculo coitu femineo· vterq; opat9 eſt ne
fas: morte moriāť Sit ſāguis eoꝝ ſup eos
Qui ſup̄ vxorē filiā duxerit matrē ei9: ſce
lus opat9 eſt· Viu9 ardebit cū eis: nec per
manebit tm̄ nefas i medio vr̄i· Qui cum iu
mēto ⁊ pecore coierit· morte moriatur: pe
cus q̄q; occidite· Mulier q̄ ſuccubuerit cuili
bz iumēto: ſil' iterficieť cū eo Sāguis eorū
ſit ſup eos Qui acceperit ſororē ſuā filiā pa
tris ſui vel filiā matris ſue et viderit turpi-
tudinē eius· illaq; conſpexerit fratris igno
miniā: nefariā rē opati ſunt· Occidēť in cō
ſpectu pp̄li: eo ꝙ turpitudinē ſuam mutuo
r̄euelauerit: ⁊ portabunt iniq̄tatē ſuā· Qui
coierit cū muliere in fluxu menſtruo et re-
uelauerit turpitudinē ei9 ipſaq; aperuerit

fontē ſāguinis ſui: interficientur ambo de
medio pp̄li ſui· Turpitudinē matertere et
amice tue nō diſcoopies· Qui h' fecerit ig-
nominiā carnis ſue nudauit: portabūt am-
bo iniq̄tatē ſuā· Qui coierit cum vxore pa
trui vl' auūculi ſui et reuelauerit ignomini
am cognatōnis ſue: portabūt ambo pc̄tm
ſuū· Abſq; liberis moriēť· Qui duxerit vxo
rem fr̄is ſui rē facit illicitā: turpitudinem
fr̄is ſui reuelauit: abſq; filijs erit· Cuſtodi-
te leges meas atq; iudicia et facite ea: ne
et vos euomat terra quā intraturi eſtis et
habitaturi · Nolite ābulare in legittimis
nacionū· q̄s ego expulſurus ſū añ vos· Oia
eñ h' fecerūt: et abominat9 ſū eas· Vobis
autē loquor · Poſſidete terrā eoꝝ q̄ dabo
vob' i hereditatē ťrā fluentē lacte ⁊ melle·
Ego domin9 de9 vr̄: q̄ ſepaui vos a ceteris
pp̄lis· Separate ḡ et vos iumētū mūdum
ab imūdo: et auē mūdā ab imūda· Ne pol
luatis aīas vr̄as i pecore et auib9 et cūctis
q̄ mouentur in ťra: et q̄ vob' oſtendi eſſe pol
luta· Eritis ſancti michi: q: ſanctus ego ſū
dñs: et ſeparaui vos a ceteris pp̄lis ut eſſe
tis mei· Vir ſiue mulier in quib9 phitonic9
vl' diuinatōis fuerit ſp̄us· morte moriāť
lapidibus obruēt eos· Sanguis eorum ſit
ſuper illos· CA· XXI·
Dixit q̄q; dñs ad moyſen· Loq̄re ad
ſacerdotes filios aaron: et dices
ad eos· Nec cōtamineť ſacerdos in
mortib9 ciuiū ſuoꝝ· niſi tm̄ in cōſanguineis
ac ꝓpinquis: id eſt ſup p̄rem et m̄rem et fi-
liū et filiā· frēm q̄q; et ſororē v̄ginē· q̄ nō eſt
nupta viro: ſz nec in p̄ncipe pp̄li ſui cōtami
nabiť· Nec radēt caput nec barbā: neq; in
carnib9 ſuis faciēt inciſuras· Sācti erūt deo
ſuo: et nō polluēt nomē ei9· Incēſū eñ dñi
et panes dei ſui offerūt: et ideo ſancti erunt
Scortū et vile ꝓſtibulū nō ducet vxorem
nec eā q̄ repudiata ē a marito· q: ɔſecrat9
ē deo ſuo: et panes ꝓpoſitōnis offert· Sit
ḡ ſanct9 q: et ego ſanct9 ſū dñs q̄ ſanctifi
co vos· Sacerdotis filia ſi dep̄henſa fuerit i
ſtupro· et violauerit nomē p̄ris ſui· flam-
mis exureť· Pontifex id ē ſac̄dos maxim9
inť fr̄es ſuos· ſup cui9 caput fuſū ē vnctōis
oleum· et cuius manus in ſacerdotio conſe
crate ſunt · Veſtituſq; ē ſanctis veſtibus:
caput ſuū nō diſcoopiet · veſtimenta non

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

ſcindet: et ad om̄em mortuū nō ingreditur
omnino. Sup prē q̄z ſuo et mr̄e nō ɔtami-
nabit̄: nec egredief̄ d̄ ſctis ne polluat ſctū
ariū dn̄i: q2 oleū ſc̄e vnctōnis dei ſui ſup
eū eſt. Ego dn̄s. Virginē ducet vxorē. Vi
duā aūt et repudiatā ⁊ ſordidā atq̄z mere
tricē nō accipiet ſz puellā de pplo ſuo: ne ɔ
miſceat ſtirpem generis ſui vulgo gentis
ſue: q2 ego dn̄s qui ſctifico eum. Locutuſ
q̄z ē dn̄s ad moyſen dicēs. Loq̄re ad aaron
Homo de ſemīe tuo ꝑ familias q̄ habuerit
maculā nō offeret panes d̄o ſuo: nec acce
det ad miſteriū ei9. Si cecus fuerit. ſi clau
dus. ſi vl' paruo vel grādi vel torto naſo. ſi
fracto pede ſi manu. ſi gibbus ſi lippus. ſi al
buginē habēs in oculo. ſi iugē ſcabiē. ſi im
petigenē ī corpe. vl' herníoſus: omnis q̄ ha
buerit maculā d̄ ſemīe aaron ſacerdotis. non
accedet offerre hoſtias dn̄o nec panes deo
ſuo. Veſcet̄ t̄n panib9 q̄ offerūt̄ in ſanctua
rio. ita dūtaxat. ut intra velū nō īgrediat̄
nec accedat ad altare q̄ maculā habet: et
cōtāminare nō debet ſāctuariū meum. Ego
dn̄s q̄ ſctifico eos. Locut9 ē ḡ moyſes ad
aarō ⁊ ad filios ei9 et ad om̄em iſrl'. cūcta
q̄ ſibi fuerāt imperata. CA. XXII.

Locutuſ quoq̄z eſt dn̄s ad moyſē di
cēs. Loq̄re ad aarō ⁊ ad filios eius
ut caueāt ab hijs q̄ ɔſecrata ſūt fi-
lioꝝ iſrl': ⁊ nō cōtāminent nomē ſctifica-
torū michi: que ipi offerūt. Ego dn̄s. Dic
ad eos: ⁊ ad poſteros eoꝝ. Omnis hō q̄ ac
ceſſerit de ſtirpe vr̄a ad ea q̄ ɔſecrata ſūt. ⁊
q̄ obtulerūt filij iſrl' dn̄o in q̄ eſt imūdicia:
ꝑibit corā dn̄o. Ego ſū dn̄s. Hō de ſemine
aarō q̄ fuerit leproſus aut paciens fluxum
ſeminis. nō veſcet̄ d̄ hijs q̄ ſctificata ſunt
michi: donec ſonet̄. Qui tetigerit imundū
ſup mortuo. et ex q̄ egredit̄ ſemē q̄ſi coit9
et q̄ tangit reptile et q̄dlibet imūdum cui9
tact9 eſt ſordid9. immūd9 erit vſq̄z ad veſ-
perū: et nō veſcet̄ hijs q̄ ſanctificata ſunt:
ſz cū lauerit carnē ſuā aq̄ ⁊ occubuerit ſol.
tūc mūdat9 veſcet̄ de ſanctificatis. q2 cib9
illi9 ē. Morticinū ⁊ captū a beſtia nō ɔme
det: nec polluent̄ in eis. Ego ſum dn̄s. Cu-
ſtodiāt p̄cepta mea. vt nō ſbiaceāt pctō:
⁊ moriant̄ in ſctūario cū polluerint illud. E
go dn̄s: q̄ ſctifico eos. Omnis alienigena non
ɔmedet d̄ ſctificatis. Inq̄lin9 ſacerdotis ⁊

mercēnari9 nō veſcent̄ ex eis. Quē at̄ ſac-
dos emerit. ⁊ q̄ v̄naccul9 dom9 eius fuerit:
hij ɔmedēt ex eis. Si filia ſacerdotis cuilibet
ex pplo nupta fuerit: de hijs q̄ ſanctificata
ſūt d̄ ꝑmicijs nō veſcet̄. Si aūt vidua vl' re
pudiata ⁊ abſq̄z liberis reūſa fuerit ad do-
mū pr̄is ſui: ſic puella ɔſueuerat. alet̄ cibis
pr̄is ſui. Omnis alienigena ɔmedēdi ex eis nō
habet poteſtatē. Qui ɔmederit de ſctifica-
tis ꝑ ignorātiā. addet q̄ntā ptē cū eo q̄d
comedit. ⁊ dabit ſacerdoti in ſctūariū: nec nō
ɔtāminabūt ſanctificata filioꝝ iſrl' q̄ offe-
rūt̄ dn̄o: ne forte ſuſtineāt iniq̄tatē delicti
ſui. cū ſanctificata ɔmederint. ego dn̄s: q̄
ſanctifico eos. Locutuſq̄z ē dn̄s ad moyſen
dicēs. Loq̄re ad aarō ⁊ filios ei9. ⁊ ad om̄s
filios iſrl': diceſq̄z ad eos. Homo d̄ domo iſ
rahel ⁊ d̄ aduenis q̄ habitāt apd̄ vos. q̄ ob
tulerit oblatōez ſuā vl' vota ſoluēs vl' ſpō-
te offerēs: q̄cq̄d illd̄ obtulerit ī olocauſtū
dn̄i vt offerat̄ ꝑ vos: maſcul9 immaculat9
erit ex bob9 ex ouib9 ⁊ ex capris. Si macu-
lā habuerit nō offeretis: neq̄z erit accepta
bile. Hō q̄ obtulerit victimā pacificoꝝ do
mino. vl' vota ſoluēs vl' ſpōte offerēs tā de
bob9 q̄ȝ de ouib9: imaculatū offeret vt ac-
ceptabile ſit. Omnis macl'a non erit in eo. Si
cecū fuerit. ſi fractū. ſi cicatricē habens. ſi
papulas aut ſcabiē. aut impetiginē. nō of-
feretis ea dn̄o: nec adolebitis ex eis ſup al
tare dn̄i. Bouē ⁊ ouē aure ⁊ cauda āputa-
tis volūtarie offerre pt̄: votū at̄ ex hijs ſol
ui nō pt̄. Omne aīal q̄d vl' cōtritis vl' tūſis
vl' ſectis. ablatiſq̄z teſticl'is ē non offeretis
dn̄o: et in t̄ra vr̄a h̄ om̄ino ne faciatis. De
manu alienigene non offeretis panes deo
vr̄o. ⁊ q̄cq̄d aliud dare voluerit: q2 cōrup-
ta ⁊ macl'ata ſunt om̄ia: nō ſuſcipietis ea.
Locutuſq̄z ē dn̄s ad moyſen dicēs. Bos. o-
uis. ⁊ cap̄ cū genita fuerit. ſeptē dieb9 erit
ſb vbere mr̄is ſue: die at̄ octauo et d̄inceps
offerri poterit dn̄o. Siue illa bos ſiue ouis
nō immolabunt̄ vna die cū fetibus ſuis. Si i-
molaueritis hoſtiam ꝑ gr̄aꝝ actōe dn̄o vt
poſſit eſſe placabil': eodē die comedetis eā.
Nō remanebit q̄cq̄ȝ ī mane alteri9 diei. E
go dn̄s. Cuſtodite mādata mea: et facite
ea. Ego dn̄s. Ne polluatis nomen meū ſāc
tū: vt ſctificet in medio filioꝝ iſrl'. Ego
dn̄s q̄ ſanctifico vos: et eduxi de t̄ra egipti

vt eſſē vob̄ ī deū· Ego dn̄s· CA· XXIII
Locutuſq̄ ē dn̄s ad moyſen dicens
Loquere filijs iſrl̄: ⁊ dices ad eos·
Hee ſunt ferie dn̄i: q̄s vocabitis
ſanctas· Sex dieb᷑ facietis opꝰ: dies ſepti
mꝰ q̄ꝛ ſabati reqes eſt: vocabit̄ ſctūs Omē
opꝰ nō facietis in eo· Sabbatū dn̄i ē ī cūc
tis habitationib᷑ vr̄is· Hee ſūt ergo ferie
dn̄i ſancte: q̄s celebrare debetis tꝑorib᷑ ſu-
is· Mēſe pmo q̄rtadecima die menſis ad ve
ſpeꝛ phaſe dn̄i ē: ⁊ q̄ntadecima die menſis
huius ſolēnitas azimoꝝ dn̄i eſt· Septē di
eb᷑ azima ꝯmedētis· Dies pmꝰ erit vob̄ ce
lebrimꝰ· ſctūſq̄· Omē opꝰ ſuile nō facie-
tis in eo: ſ; offeretis ſacrificiū in igne dn̄o·
ſeptē dieb᷑· Dies aūt ſeptimꝰ erit celebri-
oꝛ ⁊ ſanctioꝛ: nullūq̄ ſuile opus facietis in
eo· Locutuſq̄ ē dn̄s ad moyſen dicēs· Lo-
q̄re filijs iſrl̄: ⁊ dices ad eos· Cū igreſſi fu-
eritis t̄ram q̄ ego dabo vob̄ et meſſueritis
ſegetē: feretis manipulos ſpicaꝝ pmicias
meſſis vr̄e ad ſacerdotē Qui eleuabit faſcē
culū coꝛam dn̄o vt acceptabile ſit ꝑ vobis
altero die ſabbati: ⁊ ſanctificabit illū· At
q̄ in eodē die q̄ manipulus ꝯſecrat̄· cedetur
agnꝰ immaculatꝰ ānicu‌lꝰ ī olocauſtū dn̄i:
⁊ libamēta offerent̄ cū eo duedecime ſimi-
le ꝯſpſe oleo īcēſū dn̄i odoreq̄ ſuauiſſimū:
liba q̄ꝫ vini· q̄rta ꝑs hin· Panē ⁊ polentā ⁊
pultes nō ꝯmedetis ex ſegete: vſq̄ ad dieꝫ
q̄ offeratis ex ea deo vr̄o· Preceptū ē ſem-
pit̄num in generationib᷑· cūctiſq̄ habita-
cul̄ vr̄is· Numerabitis ergo ab altero die
ſabbati in q̄ obtuliſtis manipulū pmicia-
rū ſeptē ebdomodas plenas vſq̄ ad alterā
diē expletionis ebdomode ſeptime id ē q̄n-
q̄ginta dies: ⁊ ſic offeretis ſacrificiū nouū
dn̄o· ex oīb᷑ habitacul̄ vr̄is· panes pmi-
ciaꝝ duos de duab᷑ decimis ſimile fermta-
te: q̄s coq̄tis in primicias dn̄i· Offeretiſq̄
cū panib᷑ ſeptē agnos immaculatos anni-
cl̄os· ⁊ vitulū de armēto vnū· ⁊ arietes du
os: et erūt in olocauſtū cū libamētis ſuis ī
odorē ſuauiſſimū dn̄o· Facietis ⁊ hircum ꝑ
pctō: duoſq̄ agnos ānicu‌los hoſtias paci-
ficoꝝ· Cūq̄ eleuauerit eos ſacerdos cū pa
nib᷑ pmiciaꝝ corā dn̄o: cedent in vſū eiꝰ·
Et vocabitis hūc diem celeberrimum atq̄
ſāctiſſimū· Omē opꝰ ſuile nō facietis in eo
Legittimū ſempiternū erit cūctis habita-
cul̄ ⁊ gn̄ationib᷑ vr̄is· Poſtq̄ aūt meſſue-
ritis ſegetes t̄re vr̄e nō ſecabitis eam vſq̄
ad ſolū: nec remanentes ſpicas colligetis:
ſ; paupib᷑ ⁊ peregrinis dimittetis eas· E-
go ſū dn̄s deꝰ vr̄· Locutuſq̄ ē dn̄s ad moyſen
dicēs· Loq̄re filijs iſrl̄· mēſe ſeptimo pma
die mēſis erit vob̄ ſabbatū memoꝛiale clan
gētib᷑ tub̄: ⁊ vocabit̄ ſāctū· Omē opꝰ ſui
le nō facietis in eo: ⁊ offeretis olocauſtum
dn̄o· Locutuſq̄ ē dn̄s ad moyſen dicēs· De
cimo die mēſis huiꝰ ſeptimi dies expiacō
nū erit celeberrimꝰ· ⁊ vocabitur ſctūs: affli
getiſq̄ animas vr̄as in eo: ⁊ offeretis olo-
cauſtum domino· Omne opus ſeruile non
facietis in tempoꝛe diei huiꝰ quia dies ꝓpi
ciatōnis eſt: vt ꝓpicietur vobis dn̄s deus
vr̄· Omnis anima que afflicta nō fuerit die
hac peribit de ꝑplis ſuis: ⁊ q̄ opis q̄ppiā fe-
cerit: delebo eam de ꝑplo ſuo· nichil ḡ opis
facietis in eo· Legittimū ſempit̄nū erit vo-
bis in cūctis generationib᷑ ⁊ habitationi-
bus vr̄is· Sabbatū reqetionis ē: ⁊ afflige
tis aīas vr̄as· Die nono menſis ſeptimi· a
veſpero vſq; ad veſperū celebrabitis ſabba
ta vr̄a· Et locutꝰ eſt dn̄s ad moyſen dicēs
Loq̄re filijs iſrl̄· A q̄ntodecimo die menſis
huiꝰ ſeptimi erūt ferie tabnacloꝝ ſeptē di
eb᷑ dn̄o· Dies pmꝰ vocabit̄ celebrimꝰ atq̄
ſctiſſimꝰ· Omē opꝰ ſuile nō facietis ī eo: ⁊
ſeptē dieb᷑ offeretis olocauſta dn̄o· Dies
q̄ꝫ octauꝰ erit celebrimꝰ atq̄ ſctiſſimꝰ: et
offeretis olocauſtū dn̄o· Eſt eīm cetꝰ atq̄
collecte· Omē opꝰ ſuile non facietis in eo
Hee ſūt ferie dn̄i q̄s vocabitis celebrimas
atq̄ ſctiſſimas: offeretiſq̄ in eis oblatōes
dn̄o· olocauſta ⁊ libamēta iuxta ritū vniuſ-
cuiuſq̄ diei: exceptis ſabbatis dn̄i doniſq̄
vr̄is ⁊ q̄ offertis ex voto vl̄ q̄ ſpōte tribui-
tis dn̄o· A q̄ntodecio ḡ die menſis ſeptimi
q̄n ꝯgregaueritis oīs fructꝰ t̄re vr̄e cele-
brabitis ferias dn̄i ſeptē dieb᷑ Die pmo ⁊
die octauo erit ſabbatū: id ē reqes· Sume
tiſq̄ vob̄ die pmo fructꝰ arboris pulcrime
ſpatulaſq̄ palmaꝝ ⁊ ramos ligni denſarū
frōdiū· ⁊ ſalices d̄ torrēte· ⁊ letabimini co
rā dn̄o dō vr̄o: celebrabitiſq̄ ſolēitatē eiꝰ
ſeptē dieb᷑ ꝑ ānū· Legittimū ſēpit̄nū erit
ī gn̄acōib᷑ vr̄is· Mēſe ſeptimo feſta cele
brabitis ⁊ habitabitis ī vmbracul̄ ſeptē
dieb᷑· Omis q̄ de genere eſt iſrl̄ manebit

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

in tabnacul'; vt diſcāt poſteri vr̃i ꝙ̄ in tab-
nacul' habitare fecerim filios iſrl' cũ educe
rem eos de ṫra egipti. Ego dñs de9 vr̃. Lo
cutuſq; ē moyſes ſup ſolenitatib9 dñi ad fi
lios iſrahel CA. XXIIII.

Et locut9 ē dñs ad moyſen dicens
Preci pe filijs iſrl': vt offerant tibi
oleũ de oliuis puriſſimũ ac lucidũ
ad ↄcinādas lucñas iugiť exť velum teſti-
monij: in tabnaclo federis. Ponetq; eas a
aron a veſpe vſq; i mane corā dño: cultu ri
tuq; ꝑpetuo in gñationib9 vr̃is. Sup cā de
labrũ mũdiſſimũ ponenť ſemp in ↄſpectu do
mini. Accipies ꝗ̄; ſimilā. ꝛ coques ex ea du
odecim panes; q̄ ſinguli hēbunt duas deci-
mas. Quoꝝ ſenos altrinſec9 ſup mēſā pu-
riſſimā corā dño ſtatues et pones ſup eos
thus luci diſſimũ; vt ſit panis i monimētũ
oblationis dño. Per ſingl'a ſabbata muta
bunť corā dño. ſuſcepti a filijs iſrl' federe
ſempiť no: erũtq; aarō ꝛ filioꝝ ei9 vt come
dāt eos i loco ſcto: q2 ſanctũ ſctoꝝ ē de ſa-
crificijs dñi iure ꝑpetuo. Ecce aũt egreſſus
fili9 mlieris iſrlitidis quē peperat d viro e
gipcio inť filios iſrl': iurgat9 eſt in caſtris
cũ viro iſrlite. Cũq; plaſphemaſſet nomen
dñi: ꝛ maledixiſſet ei: adduct9 ē ad moyſē
Vocabať aũt mr̄ ei9 ſalumith filia dabri:
de tribu dan. Miſerũtq; eũ in carcerē: do-
nec noſcēt q̄d iuberet dñs. Qui locutus eſt
ad moyſen dicēs. Educ plaſphemũ exť ca
ſtra: et ponāt oēs q̄ audierũt man9 ſuas
ſup caput ei9. ꝛ lapidet eũ ppl's vniũſus: ꝛ
ad filios iſrl' loq̄ris. Homo q̄ maledixerit
deo ſuo portabit pctm ſuũ; ꝛ q̄ plaſphema
uerit nomē dñi. morte moriatur. Lapidib9
opprimet eũ oĩs multitudo ppli. Siue ille
ciuis ſeu peregñ9 fuerit; q̄ plaſphemauerit
nomen dñi morte moriať. Qui pcuſſerit et
occiderit hoīem morte moriať. Qui pcuſſe-
rit aĩal reddat vicariũ; id ē aĩam p anima
Qui irrogauerit macl'am cuilib3 ciuiũ ſuo
rum: ſic fecit. ſic fiet ei. Fracturā p fractu
ra: oculũ p oculo: dentē p dente reſtituet
Qualē inflixerit maculā. talē ſuſtinere co-
geť. Qui pcuſſerit iumentũ. reddat aliud.
Qui pcuſſerit hoīem. puniet. Equũ iudiciũ
ſit inť vos. ſiue peregñ9. ſiue ciuis peccaue-
rit: quia ego ſum dñs de9 vr̃. Locutuſq; ē
moyſes ad filios iſrl': ꝛ eduxerũt eũ q̄ plaſ
phemauerat exť caſtra: ac lapidib9 oppreſ
ſerũt. Feceruntq; filij iſrl': ſicut p̄cepat dñs
moyſi CAPITVLVM. XXV.

Locutuſq; ē dñs ad moyſen in mō-
te ſynai dicens. Loq̄re filijs iſrl': et
dices ad eos. Qñ ingreſſi fueritis
ṫram ꝙ̄ ego dabo vob. ſabbatiʒet ſabbatũ
dño. Sex ãnis ſeres agrũ tuum: ꝛ ſex ãnis
putab vineā tuā: colligeſq; fructus eius.
Septimo aũt ãno ſabbatũ erit ṫre. req̄etio
nis dñi. Agrũ nō ſeres: ꝛ vineā non putab
Que ſpōte gignet humus nō metes: et v-
uas p̄miciaꝝ tuaꝝ nō colliges q̄ſi videmi
am. Ann9 eñ req̄ecōis ṫre ē. Sed erĩt vob
i cibũ: tibi ꝛ ſuo tuo. ãcille et mercēnario
tuo: ꝛ aduene q̄ peregñať apd te. Iumen-
tis tuis et pecorib9 oĩa q̄ naſcunť p̄bebũt
cibũ. Nũabis q̄; tibi ſeptē ebdomadas an
noꝝ id ē ſepcies ſeptē. q̄ ſimul faciũt q̄dra
gita nouē: ꝛ clāges bucina mēſe ſeptimo
decima die mēſis ꝓpiciatōis tpe in vniũſa
ṫra vr̃a Sctificabiſq; annũ q̄nq̄geſimũ: ꝛ
vocab remiſſionē cũctis hitatorib9 ṫre tue
Ipſe ē eñ iubile9. Reũteť hō ad poſſeſſio-
nē ſuā: et vnuſq̄ſq; rediet ad familiā p̄ſti-
nā: q2 iubile9 ē ꝛ q̄nq̄geſim9 ãn9. Nō ſere
tis atq; metetis: ſpōte in agro naſcēcia. ꝛ
p̄micias vindemie nō colligetis ob ſancti-
ficatōnē iubilei: ſ3 ſtatim ablata ↄmedetis
Anno iubilei rediēt oēs ad poſſeſſiones ſu-
as Quādo vēdes q̄ppiam ciui tuo. vl' emes
ab eo. ne ↄtriſtes frēm tuũ: ſ3 iuxta nume-
rũ ãnoꝝ iubilei emes ab eo: ꝛ iuxta ſuppu
tatōem frugũ vēdet tibi. Quāto pl9 ãni re
mãſerint poſt iubileũ. tāto creſcet ꝛ p̄ciũ:
quāto min9 tēporis numeraueris; tāto mi
noris ꝛ emptio ↄſtabit. Tēpus eñ frugũ
vēdet tibi. Nolite affligere cōtribules ve-
ſtros: ſ3 timeat vnuſq̄ſq; deũ ſuum: q2 ego
dñs deus vr̃. Facite p̄cepta mea. ꝛ iudicia
cuſtodite. ꝛ implete ea vt hitare poſſitis i
terra abſq; vllo pauore. et gignat vobis
humus fructus ſuos quibus veſcimini vſ-
q; ad ſaturitatem: nullius impetum formi
dātes. Nō ſi dixeritis quid comedem9 an-
no ſeptimo ſi non ſeuerimus neq; colligeri-
mus fruges nr̃as: dabo benedictionē meā
vob ãno ſexto. et faciet fructus trium ãno
rũ: ſeretiſq; ãno octauo. ꝛ comedetis vete
res fruges vſq; ad nonũ ãnũ. Donec noua

naſcant̄ edetis vetera. Terra q̄ꝫ nō veniet
ippetuū q2 mea eſt: et vos aduene et colo
ni mei eſtis. Vnde cuncta regio poſſeſſionis
veſtre ſub redēptōnis ꝯditione vendet̄. Si
attenuat9 frat̄ tu9 vēdiderit poſſeſſiūculā
ſuā. et voluerit ꝓpinqu9 ei9: pt̄ redimē qđ
ille vendiderat. Sin aūt nō habuerit ꝓxim
et ipſe p̄ciū ad redimēdū potuerit īuenire
ꝯputabunt̄ fruct9 ex eo tp̄e quo vendidit.
et qđ reliquū eſt reddat emptori: ſicq̄ꝫ reci
piet poſſeſſionē ſuā. Qđ ſi nō invenerit ma=
nus eius vt reddat p̄ciū: hēbit emptor qđ
emerat vſq̄ꝫ ad annū iubileū. In ipſo em̄
omnis vēditio redit ad dn̄m: et ad poſſeſ=
ſorē p̄ſtinū. Qui vēdiderit domū int̄ vrbis
muros: hēbit licentiā redimēdi donec vn9
impleat̄ ann9. Si nō redemerit ⁊ āni circu
lus fuerit euolut9: emptor poſſidebit eā. et
poſteri ei9 ippetuū: et redimi nō poterit
et iā in iubileo. Sin aūt ī villa fuerit dom9
que muros nō hēt: agrorū iure vendet̄. Si
aū redēpta nō fuerit: ī iubileo reuertet̄ ad
dn̄m. Edes leuitarū q̄ in vrbibꝫ ſūt: ſemp
poſſet redimi. Si redēpte nō fuerint. in iu=
bileo reūtent̄ ad dn̄os: q2 dom9 vrbiū leui
tarū ꝓ poſſeſſiōibꝫ ſūt int̄ filios iſrl̄. Sub
urbana aūt eoꝝ nō venient̄: q2 poſſeſſio ſem=
pit̄na ē. Si attenuat9 fuerit fr̄ tu9 ⁊ infir=
mus manu. ⁊ ſuſceperis eū q̄ſi aduenā ⁊ pe
regnū et vixerit tecū: ne accipias vſuras
ab eo: nec āpli9 quā dediſti. Time deū tu=
um: vt viuere poſſit fr̄ tu9 apđ te. Pecuni
am tuā nō dabis ei ad vſurā: ⁊ frugū ſupa
būdanciā nō exies. Ego dn̄s de9 vr̄ qui e=
duxi vos de t̄ra egipti. vt darē vob̄ t̄rā cha
naā: ⁊ eſſem vr̄ de9 Si paupertate cōpulſus
vēderit ſe tibi fr̄ tu9: non eū opprimes ſui=
tute famuloꝝ: ſꝫ q̄ſi mercēnari9 et colon9
erit. Vſq̄ꝫ ad ānū iubileū opabit̄ apud te:
et poſtea egredie̅t cū liberis ſuis: et reūtet̄
ad ꝯgnationē ⁊ ad poſſeſſionē patrū ſuorū
Mei em̄ ſui ſunt: et ego eduxi eos de terra
egipti. Nō venient̄ ꝯdicione ſuoꝝ. Ne affli
gas eū ꝑ potēciā: ſꝫ metuito deū tuū. Ser=
u9 et ancilla ſint vob̄ de nacōnibꝫ q̄ in circu
itu vr̄o ſūt. et de aduenis q̄ peregrinant̄ apđ
vos: vl̄ q̄ ex hijs nati fuerint ī t̄ra vr̄a. Hos
habebitis famulos: ⁊ hereditario iure trāſ
mittitis ad poſteros: ac poſſidebitis ī et̄nū.
fr̄es aūt vr̄os filios iſrl̄. ne opprimatis per

potēciā. Si inualuerit apud vos man9 ad=
uene atq̄ꝫ peregrini. et attenuat9 fr̄ tu9 vēdi
derit ſe ei. aut cuiq̄ꝫ de ſtirpe ei9: poſt vēditi
onē pt̄ redimi. Qui voluerit ex fr̄ibꝫ ſuis re
dimet eū: ⁊ patru9 et patruel̄. et ꝯſāgui
ne9. ⁊ affinis. Sin aūt et ip̄e potuerit. redi
met ſe. ſupputatis dūtaxat ānis a tp̄e vēdi
tionis ſue vſq̄ꝫ in ānū iubileū: et pecunia q̄
vēdit9 fuerat iuxta ānoꝝ numeꝝ. ⁊ ratio=
nē mercēnarij ſupputata. Si plures fuerit
āni q̄ remanēt vſq̄ꝫ ad iubileum. ſcđm hos
reddet et p̄ciū: ſi pauci. ponet rationem cū
eo iuxta ānoꝝ numeꝝ: et reddet emptori
qđ reliquū ē. ānoꝝ q̄bꝫ aū ſuiuit mercedi=
bus imputatis. Nō affliget eū violent̄ in
ꝯſpectu tuo. Qđ ſi ꝑ hec redimi non potue=
rit: āno iubileo egrediet̄ cū liberis. Mei e=
nim ſūt ſui filij iſrl̄: q̄s eduxi de t̄ra egipti
Ego dn̄s de9 vr̄. CA. XXVI.
Non facietis vob̄ ydolū ⁊ ſculptile:
nec titulos erigetis: nec inſignem
lapidē ponetis in t̄ra vr̄a vt adore=
tis eū. Ego em̄ ſum dn̄s de9 vr̄. Cuſtodite
ſabbata mea: ⁊ pauete ad ſanctuariū meū
Ego dn̄s. Si in p̄ceptis meis ambulaueri
tis ⁊ mādata mea cuſtodiēritis ⁊ feceritis
ea: dabo vob̄ pluuias tēporibꝫ ſuis. Et t̄ra
gignet germē ſuū: ⁊ pomis arbores reple
bunt̄. Apprehendet meſſiū tritura vindemi
am et vindemia occupabit ſementē: ⁊ ꝯme
detis panē vr̄m in ſaturitate: et abſq̄ꝫ pa=
uore habitabitis in t̄ra vr̄a. Dabo pacē in
finibꝫ vr̄is: dormietis. et non erit qui exter
reat. Auferā malas beſtias: ⁊ gladius nō
trāſibit t̄minos veſtros. Perſequimini ini
micos veſtros: ⁊ corruent coram vob̄. Per
ſequentur quinq̄ꝫ de veſtris centū alienos:
et centū de vob̄ decem milia. Cadent inimi=
ci veſtri gladio in conſpectu veſtro. Reſpici
am vos ⁊ creſcere faciā: mlt̄iplicabimini:
⁊ firmabo pactū meum vobiſcum. Comede
tis vetuſtiſſima veterum: ⁊ vetera nouis ſu
pueniētibꝫ ꝓicietis. Ponā tab̄nacl̄m meū
ī medio vr̄i: ⁊ nō abiciet vos aīa mea. Am
bulabo int̄ vos. ⁊ ero vr̄ de9: voſq̄ꝫ eritis po
pul9 me9. Ego dn̄s deus vr̄. qui eduxi vos
de t̄ra egiptioꝝ ne ſuiretis eis: et q̄ ꝯfre=
gi cathenas ceruicū veſtraꝝ vt incedere=
tis erecti. Quod ſi non audieritis me. nec
feceritis omnia mādata mea ſi ſpreueritis

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

leges meas ⁊ iudicia mea cōtēpſeritis vt
nō faciatis ea q̄ a me ↄſtituta ſunt. ⁊ ad ir-
ritū ꝑducatis pactū meū: ego q̄ꝫ hec faciā
vob. Viſitabo vos velocit̄ in egeſtate et ar-
dore q̄ ↄficiat oculos v̄ros: et ↄſumat aīas
v̄ras. Fruſtra ſeretis ſementē: q̄ ab hoſtibꝫ
deuorabit̄. Ponā faciē meā ↄtra vos. ⁊ cor
ruetis corā hoſtibꝫ v̄ris: ⁊ ſbiciemini hijs q̄
oderīt vos. Fugietis nemine ꝑſequēte. Si
aūt nec ſic obedieritis michi. addā correp
tiones v̄ras ſeptuplū ꝓpt̄ pctā v̄ra: ⁊ cōte
rā ſupbiā duricie v̄re. Daboq̄ꝫ vob celū de
ſup ſic ferrū: ⁊ t̄rā eneā. Cōſumet̄ i caſſū la
bor v̄r: nō ꝓferet terra germē: nec arbores
poma ꝑbebūt. Si ābulaueritis ex adūſo mi
chi. nec volueritis audire me: addam pla-
gas v̄ras vſq̄ꝫ in ſeptuplū ꝓpt̄ pctā v̄ra. E
mittāq̄ꝫ in vos beſtias agri q̄ ↄſumāt vos et
pecora v̄ra: ⁊ ad paucitatē cūcta redigāt.
deſerteq̄ꝫ fiēt vie v̄re. Q̄ð ſi nec ſic volueritis
recipe diſciplinā ſꝫ ābulaueritis ex aduēſo
michi: ego q̄ꝫ ↄtra vos adūſus icedā ⁊ pcu
ciā vos ſepcies ꝓpt̄ pctā v̄ra: inducāq̄ꝫ ſup
vos gladiū vltorē federis mei. Cūq̄ꝫ ↄfuge
ritis i vrbes mittā peſtilēciā in medio v̄ri:
⁊ t̄demini in manibꝫ hoſtiū poſtq̄ꝫ cōfrege
ro baculū panis v̄ri. ita vt decē mulieres i
vno clibano coquāt panes ⁊ reddant eos
ad pōdus: ⁊ comedetis et nō ſaturabimini
Si aūt nec p hec audieritis me. ſꝫ ābula-
ueritis ↄtra me: ⁊ ego icedā adūſus vos i
furore cont̄rio. ⁊ corripiā vos ſeptem pla-
gis ꝓpt̄ pctā v̄ra: ita vt comedatis carnes
filioꝝ v̄roꝝ. ⁊ filiaꝝ v̄raꝝ. Deſtruā excel
ſa v̄ra: et ſimulachra ↄfringā. Cadetis int̄
ruinas ydoloꝝ v̄roꝝ. ⁊ abominabit̄ vos a-
nima mea: in tātū vt vrbes v̄ras redigā in
ſolitudinē. ⁊ deſerta faciā ſctuaria v̄ra. nec
recipiā vlt̄ odorē ſuauiſſimū. diſperdāq̄ꝫ t̄-
rā v̄ram: ⁊ ſtupebunt ſup ea inimici v̄ri cū
habitatores illiꝰ fuerint. Vos aūt diſꝑgā
i gētes. ⁊ euaginabo poſt vos gladiū: erit
q̄ꝫ t̄ra v̄ra deſerta: ⁊ ciuitates dirute. Tūc
placebūt t̄re ſabbata ſua cūctis diebꝫ ſo-
litudinis ſue: qñ fueritis i t̄ra hoſtili. Sab-
batizabit et requieſcet i ſabbatis ſolitudi
nis ſue: eo q̄ꝫ nō req̄euerit i ſabbatis v̄ris.
qñ habitabitis in ea. Et q̄ de vob remanſe
rint dabo pauorē in cordibꝫ eoꝝ. in regio-
nibꝫ hoſtiū. Terrebit eos ſonitꝰ folij volā-
tis: ⁊ ita fugiēt q̄ſi gladiū. Cadēt nullo ſe-
quēte: ⁊ corruēt ſinguli ſup f̄res ſuos. q̄ſi bel
la fugientes. Nemo v̄m inimicis audebit
reſiſtere. Peribitis int̄ gētes: ⁊ hoſtil' vos t̄
ra ↄſumet. Q̄ð ſi et de hijs aliq̄ remāſerint
tabeſcēt i iniq̄tatibꝫ ſuis i t̄ra inimicoꝝ ſu
orū: ⁊ ꝓpt̄ pctā p̄rm ſuoꝝ et ſua affligent̄.
donec ↄfiteant̄ iniq̄tates ſuas ⁊ maioꝝ ſu-
orū q̄bꝫ p̄uaricati ſūt i me: ⁊ ābulauerunt
ex adūſo michi. ābulabo igit̄ et ego ↄtra e
os: ⁊ inducā illos in t̄rā hoſtilē donec erube
ſcat icircūciſa mēs eoꝝ. Tūc orabūt ꝓ im
pietatibꝫ ſuis: et recordabor federis mei:
qð pepigi cū iacob yſaac. et abrahā. Ter-
re q̄ꝫ memor ero: q̄ cū relicta fuerit ab eis
ↄplacebit ſibi in ſabbatis ſuis: patiēs ſoli-
tudinē ꝓpt̄ illos. Ipſi v̄o rogabūt ꝓ pctīs
ſuis: eo qð abiecerūt iudicia mea et leges
meas deſpexerint. Attñ etiā cū eſſēt in t̄ra
hoſtili. nō penitꝰ abieci eos: neq̄ꝫ ſic deſpexi
vt ↄſumerent̄: ⁊ irritū facerē pactū meum
cū eis. Ego eñ ſū dñs deꝰ eoꝝ: ⁊ recorda-
bor fedris mei p̄ſtini: qñ eduxi eos d̄ t̄ra e-
gipti i ↄſpctu gētiū vt eſſē deus eoꝝ. Ego
dñs deꝰ. Hec ſunt iudicia atq̄ꝫ p̄cepta ⁊ le
ges q̄s dedit dñs int̄ ſe ⁊ int̄ filios iſrl' i mō
te ſynai: p manū moyſi. CA. XXVII.
Locutuſq̄ꝫ ē dñs ad moyſen dicens
Loquere filijs iſrl': et dices ad eos
Homo q̄ votū fecerit ⁊ ſpopōderit
deo aīam ſuā: ſb eſtimatione dabit p̄ciū.
Si fuerit maſculꝰ a viceſimo āno vſq̄ꝫ ad
ſexageſimū ānū dabit q̄nq̄ginta ſiclos ar-
gēti ad mēſurā ſanctuarij. ſi mulier: trigin
ta. A q̄nto aūt āno vſq̄ꝫ ad viceſimum ma
ſculꝰ dabit viginti ſiclos: femīa decē. A b
vno mēſe vſq̄ꝫ ad ānū q̄ntum ꝓ maſc'lo da
bunt̄ q̄nq̄ꝫ ſicli: ꝓ femīa tres. Sexagenari
us ⁊ vlt̄ maſculꝰ dabit quindecim ſiclos: fe
mīa decem. Si paup fuerit ⁊ eſtimatōem
reddere nō valebit: ſtabit corā ſac̄dote: ⁊
q̄ntū ille eſtimauerit ⁊ viderit eū poſſe red
dere. tm̄ dabit. Animal aūt qð imolari pt̄
dño ſi q̄s vouerit ſcēm erit ⁊ mutari nō po-
terit: id ē nec meliꝰ malo: nec peius bono.
Q̄ð ſi mutauerit: ⁊ ip̄m qð mutatū ē. ⁊ illð
pro quo mutatū ē ↄſecratū erit dño. Ani-
mal imundū qð immolari dño nō poteſt ſi
q̄s vouerit adducetur ante ſacerdotem: q̄
diiudicās vtrū bonum an malū ſit. ſtatuet